



16

20

26

22

23

29

25

26

27

28

29



1670.

20. Hoffmannus, Christianus: De gigantum ossibus.
21. Lehmannus, Theodorius: De juribus ac privilegiis
senum.
22. Linck, Henricus: De jure accrescendi.
23. Linck, Henricus: De deprecationibus.
24. Linck, Henricus: De juribus fluminum.
25. Linck, Henricus: De responsionibus licitis
atque illicitis.
26. Linck, Henricus: De contractibus innoxiis.
27. et Richter, Christophorus Philippus: De jure nuptiarum,
venere illicita.
28. Richter, Christophorus Philippus: De conjunctio-
num significatione.
29. Rikemannus, Johannes: De ordine et methodo cognos-
cendi, praecavendi, curandi civitatem et inde ortum
crasalem. 3d. 2.

1670.

30. Schenckius, Johannes Theodorus: De poris corporis humani.
31. Schroeter, Ernestus Fridericus: De canno ferreo ejusdem
que jure.
32. Schroeter, Ernestus Fridericus: De famosis Libellis.
33. Schroeter, Ernestus Fridericus: De cessione actionis.
- 34^{a, b, c} Schroeter, Ernestus Fridericus: De canno. 3 Impl.
1670, 1690 & 1707.
35. Schroeter, Ernestus Fridericus: De Libello.

humili.


Hum.

is.

is.

is.





DIVINO NUMINE DIRIGENTE

&

Magnifico ac Nobilissimo Jcto-
rum Ordine in florentissima Salana

consentiente,

SUB PRESIDIO

VIRI NOBILIS,

DN. HEINRICI *Linckens*/

U. J. D. Præceptoris sui hono-
ratisimi,

DEPRECAATIONES

In Auditorio Jctorum

Publico Eruditorum Examine sistit

A U T O R

CHRISTIANUS Bürger, Dresd.

Mens. Julii

M. DC. LXX.

JENÆ,
Literis WERTHERIANIS.



V I R O

Magnifico, Nobilissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo,

DN. ISAACO *Leichert*/

Jcto Consummatissimo, Celsissimi ac
Potentissimi Electoris Saxonæ, Principis ac Domini
mei Clementissimi ad Aulica aliaque Illustriora Negotia deputato
Consiliario Eminentissimo, Splendidissimo, &c. &c.

ut &

V I R I S

Nobilibus, Amplissimis & Consultissimis,

DN. GEORGIO *Gelfrich*/

Ejusdem Potentissimi Electoris Secre-
tario celeberrimo &c.

ac

DN. OCTAVIANO *Bürger*/

Redituum Electoralium Lipsiensium,
Præfecto meritissimo, nec non Inclytæ Reipublicæ
Lipsiensis Senatori Spectatissimo,

*DOMINIS PATRONIS, EVERGETIS, RESPECTIVE AVUN-
CULO ATQUE FRATRI, ET PROMOTORIBUS SUIS*

Submissâ animi observantia aeternum devenerandis,

Exercitium hocce Juridicum

*in debite gratitudinis & observantia Symbolum
offert, dedicat, & consecrat*

CHRISTIANUS *Bürger*.



PRÆLOQUIUM.



Ratri deprecanti veniam concedendam, iramque, tanquam pestem, fugiendam esse, Salvator noster, majoris patientiæ Magister, *Matth.* 18. v. 21. & 22. ut & *Luc.* 17. v. 3. & 4. seridò inculcat. Est enim ira, ut in bestiis, ita in homine ζέσις τῆς καρδίας αἵματ' & δι' ὀρεξίν ἀπιλήσεως, ut rectè definit *Eustratius*, qui appetitus ad eò per se caret ratione, ut sæpè feratur in ea, quæ non læserunt; Qualis appetitus in se spectatus non convenit parti rationali, cujus est imperare affectibus. Atque hoc sensu ultionem improbant in hominibus non Christiani modò Doctores, sed & Philosophi. Hinc *Sen. lib. 1. de ira c. 32.* inquit: Inhumanum verbum est ultio & à contumelia non differt, nisi ordine. Qui dolorem regerit, tantum excusatius peccat. Imo si *Maximo Tyrio* credimus, ὁ τιμορῶν τὸ πηγυπάρξαντ' & ἀδικώτερο, iniquior est, qui se ulciscitur, eò qui prior nocuit. Atque sic, quo hominum quisque minus valet rationis usu, eo ad vindictam est pronior. *Grot. de Jur. B. & P. lib. 2. c. 20. §. 5.* Hinc evenit, quòd à quolibet iudice amicabilis compositio, præsertim in causis injuriarum, prius tentanda sit, antequam processus via aperiatur, tum ut fratri deprecanti venia concedatur, tum etiam, ut ob ancipitem iudiciorum aleam magni sumtus atque multæ molestiæ evitentur, *per c. 1. de mut. pet. c. ult. de transact. l. si cuius rei ususfr. 13. §. equissimum. 3. ff. de usufr. Churf. Sächs. Proceß Ord. tit. 1. §. Besonders aber wollen wir / & c. vers. Sondern so viel immer möglich / zu vor versucht werde / ob die Partheyen entweder uff billiche Weise in guten zu vergleichen &c. Add. novissima Ordinatio Sereniss. Elect. Sax. Joh. Georgii II. in Resolut. Grav. tit. von Justitien Sachen. §. Hätte aber zum achten. vers. Wenn nun beyde &c. §. Und weil zum*

e' ffien &c. & s. Ingleichen da zum vierzehenden &c. Et quilibet Christianorum sibi melius consulit, si proximo delicta sua condonat, quàm si cum eò litigat. *Matth. 6. v. 14. & 15.* Exinde tamen non sequitur, quòd pars læsa ad concordiam vel amicabilem compositionem compelli possit, *Churf. S. P. D. d. t. S. Besonders. vers. jedoch mit der Discretion. Dn. Carpz. in Process. tit. 18. art. 1. n. 32. & seqq. it. part. 1. Const. i. def. n. n. 3. & 4.* aut quòd nulla injuria repellenda vel vindicanda sit, uti quidem nonnulli inferunt, allegantes textum *Matth. 5. v. 38. 39. & 40. Audistis dictum fuisse, oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego verò dico, ne obstitite injurioso, sed cadenti te in dextram maxillam, alteram quoque obverte.* Nam ex hisce verbis colligi nequit, quòd quis in judicio jus suum persequi aut factam sibi injuriã coram Magistratu ordinario vindicare prohibeatur. Quia Christus Magistratum hic non alloquitur, sed eos qui impetuntur; nec de quavis agit injuria, sed de tolerabili, qualis est a-lapa; sequentia enim verba restringunt præcedentium generalitatem. Sic in præcepto sequente: *Qui velit tecum litigare, ut tunicam accipiat, dimitte illi etiam pallium:* non omnis provocatio ad judicem aut arbitrum prohibetur, Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet. *1. Cor. 4. v. 4. & ad Rom. 12. v. 19.* sed vetat Christianos in prophanis auditoriis inter se litigare: Et vult ad exercendam patientiam nostram, de rebus quæ facile sunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, si opus sit, pallio, non contendi judicio, sed quamvis optimo jure nitamur, omitti juris persecutionem. Nec hoc improbat *Ulpianus litem sit §. itemque. 1. ff. de alienat. jud. mut. caus. fact.* uti hæc omnia eleganter exponit, contrariumque statuentes egregie refellit *Grot. de Jur. B. & P. lib. 1. c. 2. n. 8.* Ex quibus omnibus sufficienter apparet, quòd tam de J. Div. quàm humano Christianis permissum sit judicia exercere. *Exod. 18. v. 13. 14. & 15. Rom. 13. v. 4. l. exstat enim. 13. ff. quòd met. caus. l. non est singulis. 176. de R. J.* Quoniam verò in propatulo est, ex controversiis causarum plerumque capitales oriri inimicitias, fieri amissionem expensarum, laborem animi exerceri, corpus quotidie fatigari, multa & inhonesta crimina inde consequi, bonã & utilia
ope-

opera postponi, & qui sæpe credunt obtinere, frequenter succumbere & causa cadere, & si obtineant, computatis laboribus & expensis nihil acquirere, teste Chytr. *in delit. itin. p. 244.* qui refert, quòd hæc verba Prætorio Mediolanensi inscripta reperiantur; Hinc melius sibi prospicit læsus, si cum parte suâ adversâ transigat, & justè deprecanti veniam concedat. Deprecatio siquidem pœnitentiam delinquentis sufficienter arguit. Cum tamen in quam plurimis delictis Deprecatio privata non sufficiat, sed propter scandalum evidens publica interveniat, necesse sit, ideoque ob hanc rationem tum leges, tum Ordinationes Ecclesiasticæ Deprecationem in quibusdam casibus fecerunt necessariam, & in quamplurimis Rebuspubl. introduxerunt. Est enim officium Magistratus omnem movere lapidem, ut subditi vivant *Κοιβῶς* pie, *συνῶς* honestè, *ἠσυχῶς* pacatè. Havem. *de Jur. Episcopali iii. g.* Imò non solum ad reconciliationem proximi nostri conducit Deprecatio, sed & ad conservandam pietatè remedium est utilissimum. Hinc in omnibus fermè Ecclesiis in vim censuræ Ecclesiasticæ recepta, alioq; nomine Pœnitentia Ecclesiastica dicta est. Et cum varia circa hanc Deprecationem notanda occurrant, ideò illam hâc nostrâ Disputatione proposituri sumus, ita ut Benevolo Lectori partim Deprecationem publicam, partim etiâ privatam pro virili sistamus. Antequam verò rem ipsam aggredimur, Supremum Numen devotè invocamus, ut ex altò propositum nostrum secundare velit, quò cuncta cedant feliciter. Sit itaque

CAPUT PRIMUM.

De

Deprecationibus in genere.

§. 1.

NE autem ea, quæ notabiliter fiunt, si non specialiter explicentur, neglecta videantur, ut ait Cajus *in l. item apud Labeonem. 15. §. hoc edictum 26. ff. de injur.* Ulp. *in l. 1. princ. ff. de R. C.* & è re sit, priusquam ad verborum interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius tituli re-

A 3

ferre;

ferre; Hinc paucissimis vocabuli Deprecationis Etymologiam attingemus. Originem verò seu derivationem Deprecationis ipsa vox ostendit; Illam enim è præpositione *de* & verbo *precor* compositam esse, nemini sane erit ignotum. Cùm tamen hæc sint levia, & hic non sit locus, ut voculae cujusdam etymologicis considerationibus diutiùs inhæreamus, ideò Benevolum Lectorem ad Lexicographos remittimus.

§. 2. Misa vocabuli Etymologiam, vertimus nos ad Homonymiam, tanquam errorum genetricem, à quâ prorsus immune vocabulum nostrum non est, admittit enim varias significationes. Nam aliter sumitur (1.) in *Theologicis*, ubi deprecatio est supplicatio, quæ pro liberatione à tristibus offertur. Vid. Dn. Dieter. in *Inst. Catechet. c. 3. de Orat. Domin. q. 8. in Exeg.* Aliter (2.) in *Jur. Civ.* ubi deprecatio idem denotat, ac declaratio alicujus pœnæ, uti patet ex *l. auxilium. 37. §. sed et. 1. ff. de minor. & l. tres tutores. 55. sed si ipsi. 1. ff. de administ. & peric. tut.* Aliter (3.) in nostro proposito, ubi denotat deprecatio ignoscendi postulationem sive revocationem alicujus facti, per ea quæ tradit Calvin. in *Lex. Jurid. voc. Deprecatio.*

§. 3. Expeditam Æquivocationem excipit Synonymia, de quâ notandum, quòd interdum Deprecatio non incongruè dicatur revocatio, item pœnitentia, recantatio sive palinodia, à quâ tamen in specie differt. Nam sub recantatione comprehenditur quidem deprecatio, sed non contra. Etsi enim veniam petens non minùs tacitè injuriam illatam revocet ac is, qui expressè palinodiam canit, eò ipsò namque dum deprecatur, fatetur se injustè fecisse, & mendacium dixisse, quod non dictum à se velit; Attamen opinione vulgi longè major pœna habetur recantatio nudâ deprecatione, ut quæ famosa non est, nec famam Rei ullatenus lædit. Vid. Dn. Carpz. in *Prax. Crim. p. 2. q. 94. n. 18. 19. & 20.* Plura æquipollentia neque in legibus nostris, neque aliis in locis occurrunt, ideò & nos silemus.

§. 4. Quia tamen nec semper ac indifferenter palinodia infamem Reum reddit, & deprecans injuriam illatam ad minimum tacitè, uti jam dictum, revocat, hinc Deprecationem hinc generaliter sumimus, & hisce prælibatis rectâ via ad Depre-

cationis in genere considerata descriptionem procedimus, ut natura rei magis nobis familiaris fiat. Describitur autem à Cicerone, teste Calvin. *in Lex. Jurid. cit. loc.* hunc in modum: *Deprecatio est, in quâ non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.* Germ. eine Christliche Abbitte. &c.

§. 5. Descriptione breviter considerata, sequitur expedienda divisio; Illa verò in hac materia præcipua esse videtur, quòd in publicam & privatam distinguatur. Publica est, quæ transgressoribus pœnitentibus injungi solet, ad hoc, ut Ecclesiæ reconcilientur, & scandala removeantur. Dicitur alias pœnitentia Ecclesiastica, Germ. Kirchen Buße. Dn Carpz. *in Jurispr. Consistorial. lib. 3. def. 82. & 83. n. 8.* Privata est, quando lædens vel propter injurias illatas, vel propter diffamationem factam aliudve delictum, recantationem instituit, & à læso veniam postulat, de quâ in cap. 3. uberius dicturi sumus.

CAPUT SECUNDUM.

De

Deprecatione publica, sive Pœnitentia Ecclesiastica.

§. I.

PRogredimur jam, præmissis generalioribus, ad Deprecationem publicam, ubi necessarium est, ut inquiremus in disciplinam seu censuram Ecclesiasticam, quæ basis ac fundamentum deprecationis est. Hæc disciplina Ecclesiastica optimum sanè remedium conservandæ pietatis est, per quam impœnitentes separantur ab Ecclesia, Pœnitentes verò in gremium Ecclesiæ iterum recipiuntur; Atque in sacris disertè fundatur, quod multi Divini Codicis textus confirmant & probant, præprimis *Matth. 16. v. 19.* ubi dicitur: *Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quicquid alligaveris in terra, erit alligatū in cœlis.* Add. *Matth. 18. v. 17. in verb. Quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus & publicanus.* Amen dico vobis, quacunque alligaveritis super terram, erunt ligata in cœlo, & quacunque solveritis super terram, erunt soluta in cœlo. Exempla porrò Scripturæ sacre disciplinam Ec-

cle-

eclesiasticam comprobant. Nam Paulus incestuosum. 1. *Corinth.* 5. vers. 3. 4. & 5. Philetum & Hymenæum Satanz tradidit. 1. *Timoth.* c. 1. vers. 20. Vid. & *Luc.* 17. vers. 3. 2. *Theff.* c. 3. v. 14. Denique hujus disciplinæ antiquitatem confirmant nonnulli expulsionem primorum hominum è Paradiso. *Gen.* 3. v. 23. Ejectione Caini è patria terra. *Gen.* 4. v. 14. Exemplis Mirjamæ & Usiæ lepra percussorum. *Num.* 12. 2. *Paral.* 26. Dn. Havenman. *de Jur. Episc.* tit. 10. §. 2. Nihil autem aliud est, quàm potestas spiritualis cognoscendi & animadvertendi in transgressores obstinatè in delictis perseverantes propter gravem Ecclesiæ offensionem, quâ de potestate agit Reinking. *de Regim. Sec. & Eccles.* lib. 3. class. 2. c. 2. n. 1. & seqq. Et sub se comprehendit Excommunicationem sive Bannum Ecclesiasticum, den *Kirchenbann* & Deprecationem publicam, sive Pœnitentiam Publicam, die *KirchenBuße*. Vid. Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Consist. def. 82. n. 1. & seq.* Aliàs species censuræ Ecclesiasticæ tres sequentes, Excommunicationem, Suspensionem & Interdictum, efficiunt cum Suarez. *de Censur. Disp.* 1. n. 5. Canonistæ communiter. Add. Valer. Andr. Dessel. *ad tit. de sentent. Excomm.* in pr.

§. 2. Excommunicationem quod attinet, notandum est, quòd sit dicta quasi extra communionem positio. Dn. Ungew. *ad tit. de sentent. Excomm.* n. 2. Definitur ab Heinr. Canis. *lib. 3. Instit. Jur. Canon. tit. 23. quest. Excommunicatio quid & quotuplex &c.* Christiani hominis à corpore Ecclesiæ, vel tantum à perceptione Sacramentorum exclusio. Dn. Hülseman. *de correct. fratern.* §. 18. n. 131. atque cum eò Magn. Dn. Ziegler. *ad Jus Canon. tit. de Eccles. censur.* §. 7. dicit, quòd sit censura Ecclesiastica, per quam cujusvis particularis Ecclesiæ membrum, ob scandalosum crimen in vita, & falsam professionem in fide, suspenditur vel planè excluditur à communionem Verbi & Sacramentorum, nec non conversationis fraternæ, quæ Christianis tanquam fratribus intercedit. Dividitur excommunicatio in majorem & minorem, Dessel. *cit. loc.* Marc. Anton. de Dominis quidem *lib. 5. de Republ. Eccles. c. 9. n. 12.* addit tertiam speciem, illam sc. quæ à solo consortio excludit, de quâ quid sentiendum sit, explicat latius Dn. Ziegler. *ad J. Canon. tit. de sentent. Excomm.* Major ex-

com-

communicatio à communione fidelium separatur. *c. 59. de sentent. excomm.* & fit majori quadam solennitate, ut contumacia gravior ostendatur & idcirco anathema, h. e. mortis æternæ damnatio dicitur. *c. nemo 41. caus. 11. q. 3.* Modus hujus excommunicationis proponitur *in can. debent. 106. d. caus. q. 3.* Quæ excommunicatio Lutheri ætate, usu Pontificiorum, in tantum invaluit, ut in articulis Schmalcaldicis pœna nominetur civilis. Et licet propterea B. Lutherum reprehendat Did. Covarruv. *in relect. c. alma mater. de sentent. Excomm. in 6. p. 1. n. 9.* negari tamen nequit, non mansisse apud Pontificios excommunicationem hanc in terminis censuræ Ecclesiasticæ, sed in civilem degenerasse pœnam, per ea, quæ eleganter tradit Magn. Dn. Ziegler. *cit. loc.* Minor verò excommunicatio Sacramentorum usum interdicit, hominum tamen consuetudinem permittit. *cap. si quem 59. & cap. à nobis. 2. de Exceptionibus.*

§. 3. Antequam verò iudex Ecclesiasticus ad excommunicationem progrediatur, gradus admonitionum observet, necesse est, neque sententiam excommunicationis omissis gradibus admonitionum ferre potest. *c. sacro. 48. X. de sentent. Excomm.* Gradus verò admonitionum vocamus amicas correctiones & adhortationes de emendatione navorum ac vitæ dissolutæ, quæ trinâ vice fieri debent, quò spatium sit duplex intermedium delinquenti sufficiens ad emendationem morum, pravorum, priusquam ad ipsam deveniatur excommunicationem, nec de ullâ præcipitantiâ conquerendi detur occasio, velut colligere est ex Ordin. Eccles. Elect. Saxon. *tit. gener. 10. sub rubr. von rechten Christlichen Bann. §. welches doch weder an die erste 10. Add. Covarruv. in d. c. alma mater. & Dn. Ziegler. cit. loc. §. 17.*

§. 4. Prætereà ad excommunicationem requiritur iusta causa: Causæ autem & merita, propter quæ infligitur excommunicatio, sunt vitia scandalosa sive in doctrina, sive in moribus, iisque accedens pertinacia & incorrigibilitas. Ordin. Eccl. Elector. Saxon. *d. l. §. nach dem die Straff. in verb. Er sey denn impœnitens, das ist er erzeige sich also/ daß er alle Vermahnung verachte/ und gänzlich keine Besserung bey ihm zu hoffen sey.*

B

In

In Papatu successu temporis ad privatas offensas extendi cœpit hæc censura, ut taceamus, non mansisse inter homines, sed etiam adversus mures, locustas, aliasque bestiolas frugiperdas usurpatam fuisse, qua de re consuli potest Barth. Chassanæ. *Consil. 1.* Sed hanc excommunicationem, ut superstitionem & blasphemiam, rejicit Leonhard. Vair. *de fascino. lib. 2. c. 11. in fin.* Confer. Navarr. *l. 5. Consil. 57. tit. de Sentent. Excomm.* Mar. Alten. *de Excomm. Disp. 10. l. 3. c. 2.* Plura ad hanc materiam Excommunicationis spectantia proponit Dn. Ziegler. *ad Inst. 7. Canon. cit. loc. per tot.* Dn. Ungep. *in Comm. ad Decret. tit. de sentent. Excomm. & Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 279. & seq.* ubi insimul docet, quod resipiscentibus non sit deneganda Sacra Communio, & quod homo facinorosus, si pœnitentiam agat, ad sacram cœnam admitti quidem possit, ita tamen ut antea per deprecationem publicam Ecclesiæ satisfaciatur, per ea, quæ inferius dicturi sumus.

§. 5. Missa Excommunicatione progredimur nunc ad alteram censuræ Ecclesiasticæ partem, scilicet Deprecationem publicam, cujus vigor, propter nostram corruptam naturam, in hac lubrica mortalitatis via Republicæ & Ecclesiæ tam necessarius, quàm necessaria nobis sunt Sol, Sal, Ignis & Aqua, Cibus ac Potus. Neglectus enim Deprecationis publicæ est causa ac nutrix omnium fermè scelerum, impietatis, licentiæ, oscitantæ, contemptus Dei, Sacramentorum ac Ministerii, imò ipsius tandem Magistratus, qui hęc disciplinæ sacræ neglectu, in semetipsum armat Satanæ satellitium. Havem. *de Jur. Episc. c. 10. §. 4.* Hicque ritus pœnitentiæ in veteri Ecclesiâ adeò censebatur necessarius, teste Cypriano *in fin. sermon. quinti de lapsis*, ut sine illa neminem lapsum recipiendum vel absolvendum esse statuat, & sacerdotes accuset, quòd, sine publicâ deprecatione, nonnullos publicè absolverent & ad communionem admitterent. Et cum maleficus facinore suò non saltem privatos, sed & totam Ecclesiam læserit scandalo, ut hinc saltem in conscientia suâ occultè habeatur excommunicatus, juxta illud Apost. *1. Corinth. 5. v. 11. si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax,*

rapax, cum hujusmodi ne cibum quidem sumite, &c. Sanè non
 sufficit Magistratui tantummodò seculari ab eo satisfactum es-
 se, sed & cum Ecclesiâ in gratiam redire debet, quam offendit,
 quod aliter, quàm per pœnitentiam publicam fieri nequit. Bal-
 duin. *d. cas. consc. lib. 2. c. 12. cas. 3.* Hinc Pœnitentiam publicam
 sive Deprecationem, ductu Apolog. Aug. Confess. *art. de pœnit.*
cap. de confess. & satisfact. nostrates Theologi nequaquam im-
 probant, sed potius tolerandam & ambabus manibus reci-
 piendam esse suadent. Balduin. *de cas. consc. alleg. lib. 2. c. 12. B.*
Luther. rom. 4. latin. Jenens. fol. 801. & supra cit. Dn. Havem.
de Jur. Episc. tit. 10. §. 4. Quapropter Deprecationis publicæ ra-
 tionem habendam esse, non solum in provinciis Electoratus
 Saxonici, ex Decreto Synodali *de anno 1624. §.* Und nach dem
 wir vermercken *in fin.* Entweder eine solche Kirchen-Buße zu ver-
 ordnen/ perspicuum est; Sed etiam in aliis territoriis Saxonis
 Ordinationes Ecclesiasticæ testantur. Confirmat hoc eleganter
 des Fürstenthumbs Weymar verbesserte Kirchen-Ordn. *p. 2.*
c. 28. §. 1. ubi hæc habentur verba: So ist es doch nicht unbillig/
 daß die jenigen/ welche mit öffentlichen groben Sünden ein ganze
 Christl. Gemeinde geärgert/ ehe sie zum Heil, Abendmahl zugelassen
 werden/ eine öffentliche Abbitte thun/ und das gegebene Ärger-
 niß hierdurch abwenden/ &c.

§. 6. Perlustratâ aliquo modo Deprecationis publicæ
 necessitate, expedit perscrutari, à quibus imponatur, & quibus
 injungatur. Imponitur à Ministris Ecclesiæ, & quidem ob
 hanc rationem, quia in Veteri Testamento discretio puri ab
 impuro, profani à sacrò, demandata fuit ordini sacerdotali,
 quod astruunt textus sequentes. *Lev. 10. v. 9. Ezech. c. 44. v. 23.*
2. Paral. 26. v. 19. & 20. In Nov. Testam. claves regni cœlorum
 traduntur Petro. *Matth. 16. v. 19. Job. 20. v. 23.* His accedit, quòd
 disciplinæ Ecclesiasticæ administratio sit appendix prædicatio-
 nis Verbi, & administrationis Sacramentorum. Dn. Havem.
d. l. §. 3. Ex his tamen non colligendum, quòd Deprecatio pu-
 blica ausu privato ab unò Ecclesiæ Ministro vel Superintenden-
 te Reis resipiscentibus imponi possit, absque præscitu & con-
 sensu Senatûs Ecclesiastici sive Consistorii, præsertim iis in lo-
 cis,

eis, ubi hæc Deprecatio publica usu introducta non est; Siqui-
dem nec in inferioribus Consistoriis in Electoratu Saxoniae
quicquam hæc in re decernere fas est, propter claram sanctio-
nem Electoralem in Decreto Synodali de An. 1624. § Und nach-
dem wir vermercken/ etc. vers. So verordnen wir hiermit gnädigst/
daß kein Pfarrer und Superintendent befugt seyn soll/ an den Or-
ten/ da nicht vor seiner Zeit dergleichen Kirchen-Buß gebräuchlich
gewesen/ solche anzuordnen/ und da gleich an unsere Consistoria
etwa dasselbe gebracht würde/ so sollen sie doch iederzeit mit unsern
Vorbewußt darinnen handeln und decretiren: Et sic reservavit
Legislator Saxonicus pœnam deprecationis publicæ in civitate
vel pago aliquo antea minus consuetæ Senatui Ecclesiastico
Supremo. Quia novos ritus Ecclesiasticos nec Ministri Ec-
clesiæ, nec inferiores Magistratus introducere possunt. B. Gerh.
in loc. de Minister. Ecclesiast. §. 288. in prin. Frider. Balduin. de
cas. cons. lib. 4. c. 11. cas. 1. Sed spectat hæc potestas disponendi
de ritibus in Ecclesiis Augustanæ Confessionis ad Principes ac
Magistratus superiores, jura Episcopalia tenentes, qui tamen,
consultis demum in Synodo Verbi divini Ministris, & convoca-
tis Ecclesiæ Ordinibus, hæc in re certi quid hodiè statuunt ac
decernunt. Quia reformatio rituum & ceremoniarum ad ipsam
spectat Ecclesiam. Reinking. de Reg. Secul. & Eccl. lib. 2. class. 1.
c. 6. n. 6. quæ triplici constat statu, nimirum Ecclesiastico, sub
quo sunt Pastores, Politico, sub quo Magistratus secularis, &
Populari, sub quò quivis de populo. Dn. Carpz. lib. 2. Jurispr.
Consistor. def. 247. ut & Decif. 113. n. 22. Et licet Magistratus præ-
cipuum Ecclesiæ dicatur membrum, tanquam custos ejus; Reli-
qua tamen membra per id nequaquam excluduntur; Sed distin-
guendum est cum Dn. Reinking. cit. loc. n. 9. inter rituum Ec-
clesiasticorum reformationem & curam, ac directionem exter-
nam reformationis, ut illa toti competat Ecclesiæ, hæc verò
Principi tanquam nobili ejus membro & nutritio. Add. Ernest.
Cothmann. Respons. Acad. 42. n. 42. Christoph. Besold. de Ma-
jest. sect. 2. c. 3. Syring. de pac. religios. concl. 41. Knippschild. de
Privileg. Civit. Imperial. lib. 2. c. 3. 1. 106. Dn. Philipp. in Usis
Pract. ad Inst. lib. 1. Eclog. 12. n. 17. & seq.

§. 7. Quin etiã, licet in locò quòdam Deprecatio
 publica hæctenus recepta fuerit, tamen ne hõc quidem casu sine
 præscitu & autoritate Judicii Ecclesiastici sive Consistorii à
 Pastoribus & Ministris Ecclesiæ imponi potest, siquidem Mini-
 stri Ecclesiæ sæpius affectibus nimium indulgent, & odium sub
 prætextu muneris emittunt, qua de causa etiã contra eos, si
 pro concione certam personam expressè nominatam vel etiã
 graphicè depictam contumeliosis verbis criminis alicujus ar-
 guunt, injuriarum actio proposita est. *Rec. Imper. Aug. de ann.*
1542. §. wir haben &c. in fin. Die Prediger sollen sich mit ihren
Predigen unsern Abschied ic. it. Darzu Stumpffirens und Schme-
hens sich enthalten. Rec. Imper. Spir. de anno 1542. §. damit aber
unter den Gemeinen. Vid. Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. Injuria. n. 1.
Berlich. p. 3. Concl. 59. n. 31. Dn Reinking. de Regim. Secul. & Ec-
cles. lib. 3. Claß. 2. c. 2. n. 7. Magn. Dn. Carpz. lib. 3. Jurispr.
Consist. tit. 9. def. 98. n. 11. & seq. Magn. Dn. Struv. Syntag. Jur.
Civ. Exercit. 48. th. 56. Ne ergo Ministri Ecclesiæ severiùs, quàm
par est, in miseros homines animadvertant, sed ut potiùs in
Consistoriis causa accuratiùs ventiletur, an necessarium sit, ut
Deprecatio publica delinquentibus imponatur, an verò loco
Deprecationis multa pecuniaria exigenda sit, Ministri Eccle-
siæ arbitrium & autoritatem judicii Ecclesiastici expectare te-
nentur. Pœnas enim, ad quas etiã Deprecatio propter ritus
& ceremonias illius, diu reconciliandus publicè proclamatur,
(de quo sæpius magis quàm de absolutione & usu sacrae Cænæ
sibi antea denegatò dolet. Rebhan. in Bericht von der õffentli-
chen Kirchen Buße. c. 2.) refertur, Ministri Ecclesiæ delinquen-
tibus absque præscitu Superioris indicere non possunt. Dn.
Carpz. lib. 3. Jurispr. Consistor. def. 85. n. 10. Confirmat hæc õ-
mnia non solum Die Fürstl. Sächs. Weym. Kirchen. Ordn.
p. 2. C. 28. §. Damit auch der Sachen nicht zuviel ic. Sed etiã San-
ctio Electoralis clarissima in Decreto Synod. de anno 1624. §. Und
nach dem wir vermercken/ ic. verl. Wo aber das Abbiten von der
Cansel/ it. Das Knien vor der Kirchen und dergleichen längst
üblich gewesen/ da sollen dennoch die Pfarrer für sich selbstn solche
Straffe niemals anordnen/ sondern alle Fälle an ihre Superinten-

dentem/ und dieselbe hinwieder an die Consistoria berichten/ &c.

§. 8. Sequuntur jam personæ, quibus Deprecatio publica injungitur, quales sunt omnes illi, qui delictum publicum & universo cœtui scandalosum perpetrant, per ea quæ tradit. B. Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Consistor. def. 89.* Quapropter ad hoc, ut Deprecatio publica imponi queat, ante omnia duo requisita concurrere debent, (1.) ut commissum delictum inter enormia & atrociora referatur, qualia sunt blasphemia, incestus, adulterium, homicidium &c. per ea quæ eleganter tradit die Fürstl. S. Wymar. verbesserte Kirchen Ordn. *cit. p. 2. C. 28. §. 2. in verb.* Hieher gehören nun die/ so in Bann gethan werden/ und hernach sich wiederumb bekehren/ auch die jenigen welche nicht öffentlich aus der Gemeinde geschlossen gewesen/ dennoch öffentl. Aergeruß gegeben haben/ als die von der wahren Religion abgefallen/ oder öffentlich mit greul. Fluchen heraus gefahren/ die ein oder mehr Jahre von Brauch des Heil. Abendmahls sich enthalten/ it. Todtschläger/ Hurer/ Ehebrecher/ Blutschänder/ wenn Sie à pœna ordinaria durch ordentlich Erkändniß der Rechte loß gesprochen/ und in der Gemeinde geduldet werden; Ferner die/ so ihre Ehegatten bößlich verlassen/ Trunckenbolde/ öffentl. Wucherer/ Meyneidige und dergleichen/ &c. (2.) ut publicum & notorium sit delictum, cujus Reus inculpatur, quod itidem confirmat d. Ord. Eccles. *cit. loc. in verb.* Was aber noch heimlich und verborgen/ darüber richtet die Kirche nicht/ sondern läset es Gott befohlen seyn. Hinc docet Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Consistor. def. 89. n. 10.* quòd nec propter scelera atrociora, si privatim perpetrata & ignota sint, Reus pœnitentia Ecclesiastica gravari queat. Cum quo consentit Augustin. *tom. 10. serm. 15. circa fin. si peccatum in secreto est, iniquens, in secreto corripe: Si peccatum publicum est & apertum, publicè corripe, ut ille emendetur, & ceteri timeant.* Et sic videmus, quod propter scandalum publicum solummodo Reis injungi debeat Deprecatio. Ex scelere verò ignotò scandalum non oritur in Ecclesiâ, hinc pœnitentiâ publicâ opus non est, cum causa actûs cessante, ipse quoque actus cesset. *arg. c. cum cessante. 6. de appell. l. 77. §. 2. ff. de LL. l. 52. §. 1. C. de Episc. & Cleric.*

§. 9.

§. 9. Ex his adductis requisitis jam patet, quòd publici peccatores & facinorosi homines, priusquam pœnitentiam agant, ad sacram Cœnam nequaquam admittendi sint, idque tantò minùs, quantò majus scandalum ab ipsis Ecclesiæ datum est. Vincent. Filliuc. *tom. 1. quæst. mor. tract. 4. c. 9. n. 275.* quod notabiliter explicant verba Polycarpi Lyseri in *Bedencken: Ob ein Prediger wissentl. einen Unwürdigen das Heil. Nachmahls reichen möge/* relata apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. Consil. Theolog. p. 2. lib. 3. sect. 9. n. 9.* Et licet facinorosi resipiscant, non tamen ad sacram Cœnam admitti debent, antequam per Deprecationem publicam cum Ecclesiâ reconciliati fuerint; Facinorosi namque non privatos solummodò, sed & totam Ecclesiam suo facinore graviter læserunt atque turbarunt, quò ipsò occultè & à Deo in conscientia sua, licet expressa exclusio ab Ecclesia non intercesserit, excommunicati sunt. Ut itaque à vinculis Excommunicationis hujus liberentur, Deprecationem in Ecclesia, quam offenderunt, antequam ad sacram Cœnam admittantur, instituere debent, per ea quæ latius tradit Dn. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 281.* Ex dictis jam porrò fluit, quòd facinorosi ad sacram Synaxin ante publicam Deprecationem admitti non debeant, quamvis remissionem pœnæ à Magistratu seculari impetraverint. Licet enim Princeps vel Magistratus ex gratiâ pœnam delinquenti remittat, indulgentia tamen hæc ad præjudicium tertii nequaquam trahi debet, *per l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. publ.* quia crimen & scandalum datum à se invicem distingui debent, & remissio facinorosum in foro poli nequaquam liberat; Quapropter in *Ord. Eccles. Elector. Saxon. art. gener. 10. §.* Wenn aber die Obrigkeit /c. hoc constitutum est, ut delinquentes, quibus Magistratus pœnas severiores remisit, ad advertendum scandalum in signum pœnitentiæ publicæ aliquot diebus Dominicis baculos albos in manibus gestantes sistantur. Quòd si verò casus necessitatis mortisque subito instantis adsit, facinorosi pœnitentes etiam absque publica Deprecatione ad usum sacræ Cœnæ admittuntur, quia à regulis juris recedimus, quotiescunque periculum in mora est, *arg. l. de pupillo. 5. §. si quis rivos 11. ff. de novi oper. nunc. l. ult. C. de feriis.*

riis ibique Dn. Brunneman. Confirmat hoc itidem *cit. Ord. Eccl. Electoral. artic. gener. 10. §. Da aber die excommunicirte Person* &c.
§. 10. Nequaquam tamen Deprecatione publicâ gravandi sunt illi, qui vulgò pro facinorosis habentur, reverâ tamen tales non sunt, quia publici saltem peccatores de crimine aliquo convicti à communione sacrâ arceri & Deprecatione gravari possunt, Vincent. Filliac. *tom. 1. quest. moral. tract. 4. c. 9. n. 275.* Quapropter is, qui moderamen inculpatæ tutelæ in homicidio servavit, Deprecationi publicæ exemptus est, nulla enim culpa ipsi imputari potest, cum suò usus sit jure. *l. 3. ff. de J. & J. l. 1. §. vim 27. ff. de vi & vi arm. Jodoc. Damhoud. in Pract. Crim. c. 26. Clar. lib. 5. sentent. §. homicidium. n. 24.* Idem obtinet in puella vi stuprata. Cum enim deprecatio publica certo respectu, ut in superioribus est monitum, pro pœna habeatur, non nisi delinquenti & criminis alicujus accusato imponi potest, sed vi stuprata criminis alicujus argui nequit. Stuprum enim ipsi præter voluntatem illatum est; Ex solo autem animo delictû æstimatur. *l. 3. §. 1. l. 44. ff. de injur. c. cum voluntate 54. de sentent. excomm. Dn. Struv. Exerc. 48. tb. 7.* Vid. Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Consistor. def. 90.* Porrò Deprecatione publicâ gravandi nequaquam sunt illi, qui criminis alicujus inculpati solummodo, neque de eò confessi neque convicti sunt, it. illi, qui pendente processu vel inquisitione super crimine ad usum sacræ Cœnæ admittuntur, per ea, quæ eleganter docet Dn. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 285 & 287.* Quia si Deprecationem publicam cum pœna seculari comparamus, nequaquam ad eam deveniri potest, antequàm de crimine verè commissò, vel ex delinquentis confessione, vel probatione manifesta constet, nemo enim nisi confessus aut convictus condemnari potest. *l. ult. C. de pœn. l. ult. C. de custod. reor.* Add. Dn. Brunnem. *ad l. un. C. de confess.* Si tamen indicia contra Reum militent talia, ex quibus vulgò pro nocenti habetur, licitum erit Ministro Ecclesiæ post habitam concionem admonitionem proponere, ne scandalum inde capiant parochiani, quod confirmat Consistorium Supremum, Dresdense in Rescriptò *die 1. Decembr. 1628, Superintendent. Annaberg. dato;* ubi talis exhibetur formula.

ad-

admonitionis: Dieweil Matthes E. die Ausführung seiner Un-
schuld nachgelassen/ der Process. aber noch nicht zu Ende gebracht/
und Er gleich wol als ein reuender Sünder von der Communion
inzwischen nicht abgewiesen werden mögen; So soll hiermit eine
Christliche Gemeinde dieses Orths vermahnet seyn/ sich über die-
sen Fall nicht zu ärgern/ sintemal den Rechten seinen Lauff zu las-
sen/ und Er demnach künfftig/ was Recht. Erkändnuß mit sich
bringer/ wird dulden und leiden müssen.

§. II. Porro circa personas, quibus Deprecatio impo-
nitur, notandum, quod in restitutione ac receptione Ministro-
rum Ecclesiæ ab officio suspensorum quandoque, pro ratione
personæ ac loci, publica Deprecatio obtineat, quandoque et-
iam admonitio instituat, ut Parochiani Ministro ab officio
suspenso condonent, nec scandalum inde sumant, annexis preci-
bus pro ipso & tota Ecclesiâ, ut Deo cooperante in fide & verâ
pietate conseruentur. Et hoc æquitati maximè conveniens,
quia enim Ministri maximum scandalum Ecclesiæ dant, si ab
officio suspendantur, necessarium quoque est, ut quod publicè
datum est scandalum, publicè etiam removeatur; Nec sufficit
pœnam sustineat Minister Ecclesiæ suspensus, sed etiam cum
Ecclesiâ in gratiam redire debet, ne hinc novo causa præbeatur
scandalo, uti tradit Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Consistor. d. 107.*
Formulam Deprecationis in receptione Pastoris suspensi Supre-
mum Consistorium Dresdense *Superintendenti Coldicensi die 15.*
Aug. anno 1617. hanc præscripsit: Euer Christl. Liebe ist bewust/wel-
cher maßen euer bißhero gewesener Pfarrer Jacob. T. in seinen ho-
hen Alter mit Abgebung etl. Steuerer Zettel sich übel vorgesehen/
und menschliche Schwachheit überhelen lassen. Ob Er nun wol
hierdurch sich seines Ampts verlustig gemacht/ und man hierüber
mit andere Straffe wieder Ihn zu verfahren Ursache gehabt / so
hat doch der Hochgeborne Churfl. und Herr zc. Unser Gnädigster
Herr auff sein unterthänigstes hochstehentl. Bitten ihn wegen sei-
nes hohen Alters und langwieriger Dienste so weit angesehen/ daß
Er nach erlittener Gefängnuß Straffe und versprochener Besse-
rung nunmehr wieder in sein Ampt eingesetzt werden soll. Wird
derowegen Eur. Christl. Liebe hiermit vermahnet/ da Er Euch mit
C die

fen seinen Fall geärgert/ daß Ihr ihme solches von Herzen vergei-
hen/ daselbe nicht mehr rühren / noch ihn dessen entgelten lassen/
sondern süro hin vor euren Pfarrer und Seelsorger halten und
ehren wollet/ *ic. De Nobilibus disquiritur, an à Deprecatione*
publica immunes sint? Et Resp. quod non. Nobilium enim
delictis si non magis, haud minus tamen Ecclesia offenditur, &
scandalum datur, quod non aliter, nisi per deprecationem re-
moveri potest. arg. c. cum quidam X. de jurejur. Hinc ne quidem
Imperator Theodosius ob eadem Thessalonicensem ab Ambro-
sio in templum, nisi publica præcedente pœnitentia, intromis-
sus est, ceu tradit Dn. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 3. cl. 2. c. 2.
n. 36. Interdum tamen in Nobilibus per specialem dispensatio-
nem Deprecatio remittitur, aut in multam pecuniariam con-
vertitur, per ea, quæ cum citatis Dd. notanter tradit Dn. Carpz.
lib. 3. Jurispr. Consist. def. 93. n. 12. & 13.

9. 12. Succedunt jam ritus & solennia Deprecationis
publicæ. Et quidem si antiquos Ecclesiæ ritus consideramus
& quàm variè diversis temporibus se illi habuerint, non solum
tres pœnitentiæ species; Solennis, Publica, & Privata, de quibus
in S. 2. Inst. Jur. Canon. de pœnitent. & remiss. agitur, sed & plu-
res publicæ Pœnitentiæ & animadversionis Ecclesiasticæ cum
variis solennibus inveniuntur gradus. Chemnit. in Exam. Concil.
Trid. p. 384. & seq. Taliter enim pœnitentes Ecclesiæ intuitu pro-
hibebantur, in ejus limine ad terram projecti, squalidi, horridi,
& miserabili habitu in oculos prætereuntium incurrebant, fide-
lium vestes osculabantur, lachrymis calceos irrigabant, horum-
que genua officiosè non sine ratione complectebantur, atque
ad sacros ordines inhabiles reddebantur. S. pœnitentes. Inst.
Jur. Canon. tit. qui promov. non poss. Vid. Gabr. Albasquin. lib.
2. Observ. 34. Porro introducta fuit $\omega\rho\gamma\kappa\lambda\alpha\upsilon\sigma\iota\varsigma$, cum quis com-
missio peccato extra Ecclesiam stans cum luctu & lachrymis eos,
qui ingrediebantur, orabat, ut preces pro se funderent; Fuit
deinde $\alpha\pi\rho\gamma\alpha\upsilon\sigma\iota\varsigma$, cum quis extra Ecclesiam stans divinas scri-
pturas audiebat, usque ad lætionem Evangelii; Fuit $\psi\alpha\upsilon\pi\eta\omega-$
 $\sigma\iota\varsigma$, cum quis intra Ecclesiæ septa post suggestum stabat, & cum
catechumenis egrediebatur; Fuit etiam $\sigma\acute{\upsilon}\gamma\mu\sigma\iota\varsigma$, cum quis cum
fide-

fidellibus orabat, nec dum tamen ad Sacramenta admittebatur. Vid. Christoph. Justell. *ad Cod. Can. Eccl. univ.* p. 160. & Havem. *de Jur. Episc. tit. 10. §. 4.* Et sic varios circa pœnitentiam hanc Ecclesia præscripsit olim ritus, nec sine ratione. Vide Selden. *de Synedr. lib. 1. c. 13.* Rectè verò monuerunt veteres, externos illos pœnitentiæ ritus non mereri remissionem peccatorum, sed tantum esse externa signa & testimonia, nihilominus paulatim assui cœperunt opiniones superstiosæ, ritus illos promereri & impetrare veniam, quas tenacissimè hodiernum retinent Papatûs sectatores, hinc varia adhuc circa Deprecationem publicam solennia receperunt, quorum relationem tamen hâc vice studio omittimus.

§. 13. In nostris Ecclesiis Augustanæ Confessionis ritus Deprecationis publicæ pro locorum diversitate variant. Nam in quibusdam cœtibus populosis coram Senatu Ecclesiastico, totâ hœc in actu Ecclesiam repræsentante, disciplina publicæ Deprecationis ita peragi solet, ut pœnitens de resipiscentia & meliori vita admonitus, delictum & transgressionem confiteatur, ac veniam petat, quò factò, ad usum sacræ Cœnæ absque ulteriori morâ vel actu est admittendus; quæ deprecatio pro actu publicò habetur. Nicol. Rebhan. in *Bericht von öffentlicher Kirchen Buße. c. 9.* Aliis in locis resipiscentes ad avertendum scandalum aliquot diebus Dominicis ante fores templi sistuntur, baculos albos in manibus gestantes, prout videre est ex *Ordinat. Ecclesiast. Elect. Saxon. art. gener. 10. §.* Wenn aber die Obrigkeit / *re.* Quandoque etiam recipiendus in medio vel certò templi locò, aut coram altari positus, ut à toto cœtu conspici possit, hisce interrogationibus publicè compellatur: *Ob Er erkenne und bekenne / daß Er große Sünde und Unrecht gethan / den gerechten Gott grausamlich erzürnet / seinen Nächsten beleidiget / die Kirche betrübet und geärgert habe / auch damit zeitliche und ewige Straffe verdienet? re.* Ad quæ si affirmativè respondeat, absolutionem impetrat, & admonentur adstantes, ut resipiscenti condonent, & pro recepto membro Ecclesiæ habeant: Additur & hoc in quibusdam locis, ut coram altari pœnitentes in genua procumbant, usque dum nomine eorum Deprecatio publi-

publica à Ministro Ecclesiæ ex suggestu fiat, vel saltem inter
communicantes ultimum teneant locum; quorum rituum me-
minit *Decret. Synodal. Elect. Sax. de anno 1624. §.* Und nach dem wir
vermercken. *vers.* Wo aber das Abbitten von der Sangel. ic. Das
Knien vor den Altar/ das Stehen vor der Kirchen und dergleichen.
Denique in aliis locis sola fit Deprecatio publica per Ministrum
Ecclesiæ è suggestu post habitam concionem ante sacram Com-
munionem; quò factò ad sacram Cœnam accedere possunt re-
cipiendi. *Rebh. cit. loc.* Et cum Deprecatio à plebejis pro igno-
miniosa habeatur, Sacerdos in concione solet & debet instruere
parochianos eosque admonere, ne scandalum inde arripiant,
neve publicè deprecantem propterea respectui habeant. Vid.
die verbesserte Fürstl. Sächs. Weymar. Kirchen-Ordnung. p. 2. C.
28. §. 7. Neque enim Ministri Ecclesiæ quicquam intermittere
debent, quo in Ecclesiâ scandalum etiam acceptum, quippe
quod non parvi æstimandum, removeatur, per text. *Matth. 18.*

§. 14. In cit. *Ordinat. Ecclesiast. Vinar. d. l. §. 8.* variæ
Deprecationis publicæ, der Kirchen-Busse/ formulæ traduntur,
ad cuius perfectionem B. L. remittimus. Disponitur porrò ibi-
dem, ut deprecans, si pœnitentia Ecclesiastica à Consistoriò ipsi
imposita, & ad confessionem privatam admissus sit, ante sacræ
Cœnæ perceptionem, in facie Ecclesiæ publicè Deprecationem
instituat. Et si semel hõc modò sit præstita, Reus autem, non
obstante illâ, alia delicta notoria, per quæ graviter Ecclesia of-
fenditur, committat, ut secundâ vice ipsi Deprecatio injungenda
sit, tunc aliæ adhuc solennitates adhibentur, quæ eleganter *in cit.*
Ord. Eccles. d. c. 28. § 8. proponuntur, in verbis: Es soll der Verbre-
cher 3. Sontage mit einem weissen Stab vor der Kirchthür stehen/
und nicht hinein gehen/biß so lange man anfangen will zu predigen;
Fürs andere soll er/wann man igt zu predigen anfahen will / durch
den Kirchner mitten in der Kirchen vor den Predigstuhl geführt/
und an einen besondern Ort gestellet werden. Zum dritten/wenn die
Predigt vollendet/soll der Pfarrer anzeigen/aus was Ursachen ih-
me abermahl Kirchenbusß zu thun auffereget worden/wenn solches
geschehen / und der Gottesdienst durch Sprechung des gemeinen
Kirchen-Seegens vollendet/mag der pœnitent wieder anheim ge-
hen/

hen/und wie es den ersten Sonntag mit ihm gehalten worden / also
soll es auch den folgenden gehalten werden/ den dritten und letzten
Sonntag aber/ da man ihn vorgehends gethaner Bekänntnis das
hochwürdige Abendmahl zureichen Vorhabens/ und er sich hinwie-
derumb wie die vorigen Sonntag vor der Kirchthür präsentiret/
soll der Pfarrer nach gehaltenener Predigt das Volck anreden / wie
in gleichmäßigen Fall angeordnet/ete. Quod si tertiâ vice Depre-
catio publica propter reiterata delicta adhiberi debeat, in hunc
casum, vigore *cit. Ordin. Eccles. di& loc.* Ipsi Celsissimi Principes,
dispositionem, quomodo procedendum, sibi clementissimè re-
servarunt. Nam cum per *Transactionem Passaviensem de Anno*
1552. & *insecutam Religionis Pacificationem de Anno 1555.* ut &
Osnabr. Pacif. art. 5. §. 1. & 16. Jurisdictio Ecclesiastica Pontificio-
rum in ditionibus Augustanæ Confessionis planè suspensa & ju-
ra Episcopalia Principibus ac Statibus Imperii restituta sint,
Jung. Reinking. *de R. Sec. & Eccl. lib. 3. class. 1. c. 10. n. 1.* Engel-
brecht. *de Jurisd. Concl. 137.* & *Dn. de Jena de Rat. Stat. Diss. 30.*
Concl. 1. Meritò etiam Jure Superioritatis territorialis dispo-
sitionem pœnitentiæ publicæ sibi vindicare possunt, cùm aliàs
causas Spirituales & Ecclesiasticas per Consistoria Ecclesiastica
decidant. Matth. Steph. *de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 15. n. 11.*

§. 15. Quando verò Reus Deprecationem plane recusat,
seria admonitio adhibenda, ipsique inculcandum est, quòd De-
precatio non ignominia causa, sed bona intentione, ut scanda-
lum ab Ecclesiâ removeatur, ipsi imponatur, pariterque extra
illam usus Sacramentorum denegetur; quod si nec svasionibus
ad eam compelli possit, spatium deliberandi ipsi concedendum
est, quò præterlapsò Ministri Ecclesiæ seriam admonitionem,
secunda & tertia vice adhibere, sicque gradus admonitionum,
observare debent, qui etiam in Jur. Canon, fundati sunt, uti *ex*
can. petimus. caus. 11. quest. 1. liquet, quòd si nec hòc modò De-
precatio se subjiciat, Ministri Ecclesiæ Consistorio & judicio
Ecclesiastico ad ulteriorem cognitionem hoc denunciare de-
bent. Vid. die Fürstl. Sächs. Weimarische verbesserte Kirchen-
Ordn. *cit. c. 28. §. 5 & 6.* Præstanda est Deprecatio in loco, ubi
delictum commissum est, ad hoc ut scandalù, quod causam dedit

Deprecationi publicæ, in illa Ecclesiâ removeatur, ad cit. Ord. Eccles. d. l. Quòd si verò alibi delictum commissum sit, Reus Deprecatione publicâ, in loco ubi degit, gravari nequit; nec enim publicum delictum dici potest, quòd alibi perpetratum, in loco ubi degit haud notum est, sed pro occulto habetur, ceu docet Dn. Carpz. lib. 3. Jurispr. Consistor. def. 91. ubi hanc sententiam per præjudiciũ quoddam confirmat. Si tamen in tantum innotuerit delictum alibi commissum, ut scandalum in Ecclesia inde sit metuendum, absque Rei deprecatione publica populum de ejus resipiscentia certiorandum, atque sic eatenus jam dicta limitanda esse, docet alleg. Dn. Carpz. cit. loc. in fin.

§. 16. Sequitur effectus deprecationis publicæ, ut scilicet Ecclesiæ reconcilientur transgressores, & scandala removeantur. Dn. Carpz. cit. lib. 3. def. 82. n. 8. Nullus tamen Reorum existimet, præstitâ Deprecatione, à pœnâ politicâ in forò seculari liberatum se esse, vel veniam sibi polliceatur à Deprecatione publicâ, propterea quòd jam punitus sit à iudice seculari, ne ob idem delictum duplici afficiatur pœnâ. Wesenb. p. 1. Consil. 22. vers. nemo enim ob unum. Magn. Dn. Richter. vol. 2. Consil. 131. n. 5. Regula enim hæc tunc vera est, quando utraque pœna tendit ad unum effectum, unâque pœnâ delictum sufficienter punitum est. Dn. Carpz. in Prax. Crim. p. 2. q. 69. n. 5. & 6. Aliter verò res se habet, si quælibet pœna suam peculiarem habet finem, quòd & hic occurrit. Nam Deprecatio publica forum poli, pœnâ autem civilis vel politica forum soli concernit. Quin etsi Deprecatio publica pro pœnâ habeatur, uti in antecedentibus cum Dn. Carpz. diximus, hoc tamen fit saltem per accidens, in sua naturâ autem & per se talis non est, quòd latè deducit Nicol. Rebhan. in sæpè alleg. tract. von öffentlicher Kirchen-Busse cap. 2. Tatius itaque quis dixerit, ob crimen jam punitum à iudice seculari, vel adhuc puniendum, deprecationem publicam jure simul decerni, quòd debitum Deo solvatur, anima ab interitu salvetur, & veræ pœnitentiæ signum exhibentur: Siquidem Deprecatio medicinalis quædam censura est, arg. c. notandum. in fin. c. 24. q. 3. c. 1. in prin. X. de sentent. excomm. in 6. eò tendens, ut lucri fiant fratres qui aberrarunt. Matth. 18. Add. Dn. Carpzoy, lib. 3. Jurispr. Consist. def. 94.

§. 17. Denique etiam notandum, quod Deprecatio publica quandoque remittatur. Hinc tribus ferè casibus cessat, & quidem (1) Propter dispensationem ex justa & probabili causa factam, quod confirmat *Sanctio Elector. Saxonica in Decret. Synod. de Anno 1624. s. Welche Macht haben sollen/ nach Befindung der Verbrechen und Beschaffenheit der Sachen entweder eine solche Kirchen-Busse/ oder an derselben Statt eine Geldstraffe in das Gotteshaus zu verordnen.* Cumque delicta non ab iisdem personis, nec æqualibus circumstantiis & iisdem qualitatibus committantur, non utique eadem semper pœna, nec deprecatio publica indifferenter Reis injungi poterit. Quare discretionis & arbitrio Magistratus Ecclesiastici relictum censetur, quomodo & quâ multâ in delinquentes sit animadvertendum. Et cum lex ipsa omnes circumstantias ac qualitates exprimere non potuerit, sed quasdam tantummodo definiierit, uti patet *ex l. aut. facta. 16. §. 1. & seqq. ff. de pœn. reliquas facti contingentias judicantis censuræ reliquerit, ad hoc ut multa criminis qualitati debitâ proportionem respondeat. l. sancimus. 22. C. de pœn. l. 1. §. sed & qui ff. de abigeis. Auth. omnes peregrini. C. comm. de succession. Hipp. de Marsil. ad l. 1. C. de rapt. virg. n. 256.* Non tamen Superintendenti vel reliquis Ecclesiæ Ministris, aut etiam Magistratui seculari permissum est, pœnam Deprecationis publicæ remittere, inque ejus locum multam pecuniariam substituere, cum Deprecationem neque decernere neque etiam remittere debeant; sed potius soli Episcopo vel Principibus Imperii Evangelicis jura territorialia exercentibus hoc reservatum sit, qui per Consistoria facultatem dispensandi exercent, & Deprecationem publicam justa ac probabili causa interveniente remittunt. (2) Cessat deprecatio propter eam, quod propter idem delictum in alio loco jam dum præstita fit, quia nimium nec extendi, nec semel præstita repeti ac duplicari debet, uti asserit, *Nicol. Rebh. d. tract. cap. 10. pag. 138. vers. Wann einer an einen andern Orte eine grobe öffentliche Mißhandlung und Ubelthat begehet/ etc. & Reus, semel factâ Deprecatione, jam universæ Christi Ecclesiæ reconciliatus esse censetur, uti cum allegatis Dd. docet. Du. Carpz. cit. lib. 3. def. 92. per tot.*

§. 18. Denique remittitur quandoque deprecatio publica in favorem matrimonii jam contracti, vel etiamnum contrahendi. Suadet siquidem favor matrimonii, ne durius reddatur conjugibus, neve impediatur, in quo salus totius Reipubl. consistit; Nam sine generatione, quæ genus humanum quasi immortale facit. *l. lege. 14. C. de legit. hered. Novell. 39. in præfat. vers. rursus.* Respubl. unâ cum Ecclesiâ facilè perire potest. *l. 1. ff. solut. matrim. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* Nec objici potest interesse publicum, quod coercionem delinquentium præprimis requirit; non enim metuendum, quod delinquentes impuniti evadant, remissâ ipsis deprecatione, cum secularis pœna propter remissionem pœnæ Ecclesiasticæ vel aggravari, vel Deprecatio in multam pecuniariam, aut in mitiorem deprecationem converti possit, per ea quæ tradit Dn. Carpz. *cit. lib. 3. def. 88.* Quapropter in *Ord. Eccles. Vinar. p. 1. c. 16. & p. 2. c. 28.* non sine prægnante ratione distinguitur inter illos, qui stuprum commiserunt, & inter illos, qui ante benedictionem sacerdotalem concumbunt. Ita ut illi Deprecatione publica gravari possint, hi verò Deprecationi eximantur; Interim tamen caveatur, ut ad scandalum removendum, vel cum, vel etiam sine denominatione, si ad sacram Synaxin accedant, talis à Ministro Ecclesiæ post concionem prælegatur formula: *Es ist auch E. L. zu vermelden/ daß ieso zwo Personen zc. Zum Tisch des HErrn gehen werden/ welche vor dem Kirchgange und Priesterl. Copulation sich zusammen gefunden/ und wieder das 6. Geboth gesündigt/ Gott in Himmel dadurch erzürnet/ und diese Christl. Gemeinde sehr geärgert haben. Wenn ihnen dann dieser bezangene Sündenfall herzl. leid/ auch nunmehr von denselben auff ihre vorgehende Erhânt- und Bekändniß/ ordentl. Weiße absolviret seyn; Als wird es E. L. angezeigt/ daß sich niemand daran ärgern/ sondern vor solchen und dergleichen Sünden hüten und für sehen solle zc.* Et licet jura Cæsarea *per l. 12. ff. de stat. hom. & l. 3. §. ult. ff. de suis & legit. hered. partum septimestrem pro legitimo agnoscant, quam sententiam & Medici & Philosophi amplectuntur, quorum magnum numerum allegat Paul. Zacch. lib. 1. Quæst. Medic. Legal. tit. 2. q. 3. licet ipse cum paucissimis dissentiat.*

IN

In Ecclesijs tamen hoc indifferenter receptum non est, quin potius conjuges talem partum procreantes ad iudicium vocantur Ecclesiasticum, ut disquiratur, an ante contractum matrimonium illicitè se commiscuerint. Interdum quoque pro re nata iuramentum purgationis defertur, & Judicis Ecclesiastici arbitrio committitur, an pro ratione circumstantiarum Deprecatio vel simplex, vel publica obtinere debeat, uti latius in cit. Ord. Eccl. Vinar. *all. loc.* explicatur, ubi insimul formulæ variæ hęc in casu adhibendæ proponuntur. Et hæc de Deprecatione publica hac vice sufficiant. Fatemur quidem lubentissimè, quòd adhuc varia in hęc materiã tractanda sint; Verùm cum partim pagellarum angustia, partim etiam nos impediatur hoc, quòd adhuc Deprecatio privata tractanda sit; ideoque hęc vice subsistimus. Postquam illa, quæ ex *Ordin. Eccles. Potentissimi Elector. Saxon. ut & Celsissimorum Ducum Saxon. Lineæ Vinariensis*, hęc de re notanda fuerunt, quoad fieri potest, proposuimus; Si quæ in alijs Ordin. Ecclesiasticis singularia adjecta sunt, illa B. L. facillimo negotio supplere potest.

CAPUT TERTIUM

De

Deprecatione privatâ.

§. 1.

Missâ Deprecatione publicâ jam ad privatam progredimur; quæ est vel (1.) *Delinquentium*, vel (2.) *Conjugum*, vel (3.) *Subditorum*.

§. 2. Deprecatio delinquentium iterum varia est, & quidem 1. *Blasphemantium*. Blasphemia quidem crimen nefandissimum ac horribilissimum est, ob quod Deus severissimè homines punivit, quin etiam integra regna delevit. *Nov. 77. c. 1. §. 1. in verb. propter talia enim delicta, & fames, & terræ motus, & pestilentia sunt.* & *Recess. Imper. Worm. de An. 1495. tit. Rõntgl. Sazung von Gotteslästerern.* Ideoque blasphemi tumde Jure Divino, tum etiam de J. Civ. ultimo supplicio puniuntur, *Levit. 24. v. 13. 14. & seqq. d. Nov. 77. c. 1. §. precipimus. 2. Eadem*

D

pœna

pœna vel mutilatio membrorum blasphematoribus in novissi-
mis Imperii Constitutionibus decernitur. Vid. Rec. Aug. de an-
no 1548 sub tit. von denen Gottes-Lästerungen verl. Nämlich so
jemand's ic. Et in forô Saxonico recepta est, juxta Ordin. Pro-
vinc. de Anno 1550. & 1555. tit. von Gottes Lästerungen/ in verbi-
oder sonst dergleichen freventliche/ verächtliche Läster Wort ohne
Mittel in oder wieder Gott/ seine Heil. Menschheit/ oder die gött-
lichen Sacramenta redet/ daß er am Leben/ oder mit Abnehmung
eilscher Glieder/ peinlich soll gestraffet werden. Add. Decis. Elector.
75. ubi constitutum est, Blasphemiam non amplius linguæ ab-
scissione, sed vel gladio, vel fustigatione, vel relegatione, pro ra-
tione circumstantiarum, ex Observantia Collegiorum Juridi-
corum puniendam esse; Ab hac tamen pœnâ liberantur Rei, si
postquam blasphemarunt, pœnitentia ducti, statim sese corri-
gant, & blasphemiam revocent, verbisque ac gemitu peccatum
retractent. Eô enim in casu blasphemantes à supplicio ordi-
nario exemptos & mitiori pœnâ plectendos esse, cum alleg. Dd.
putat Matth. Berlich. p. 4. concl. 1. n. 101. Ludov. Gilhaus. in
arb. jud. crimin. c. 2. tit. 1. n. 10. modò Rei mox blasphemiam re-
vocaverint antequam decesserint de locô, ubi blasphema-
runt. Prosper. Farinac. Prax. Crim. lib. 1. tit. 3. q. 20. n. 58. Nisi
enim in continenti signa contritionis à blasphemantibus ema-
naverint, nullâ prorsus veniâ digni sunt. Præterea Joh. Fran-
cisc. Porzin. tract. de lam. n. 46. Felin. in cap. auditis X. de præ-
script. n. 32. & cum eis Matth. Berlich. cit. loc. requirunt; ut
blasphematores alias rei licitæ operam dederint. Nam si in
ludo & aliâ re illicitâ quis blasphemaverit, licet se statim corri-
gat, deprecationem tamen non excusare afferunt. Add. Dn.
Carp. p. 1. Prax. Crim. q. 45. n. 66. & seq. ubi hætenus proposi-
ta per præjudicium Scabinorum Lipsiensium, ad consultationem
Præfecti Rochlicensis M. Octobr. Anno 1600. latum confirmat, in
verbis: Es wolte dann die hohe Obrigkeit den Gefangenen/ da-
hero/ daß ihme angeregte Gotteslästerliche Reden alsobald leid ge-
wesen/ in deme er Gott den Allmächtigen umb Vorzeihung/ auch
daß es ihme die jenigen/ so es von ihme gehöret/ zu gute halten wol-
ten

ren/gebeten/ Gnade erzeigen auff den Fall würde er mit Staupen
Schlägen des Landes billich ewig verwiesen. B. X. W.

§. 3. II. Ad Deprecationem delinquentium pertinet
Deprecatio *Veneficorum seu Magorum*, qui iterum Pœnæ ordina-
riæ se subtrahere possunt, si nondum accusati veram agant pœ-
nitentiam, Deprecationem instituant, & à fœdere cum Diabo-
lo inito recedant, tunc enim in locum pœnæ ignis ordinariæ,
mitior scilicet gladii substitui possit. Ac licet post delictum
commissum Pœnitentia regulariter ab omni pœna non excuset
l. qui eâ mente. 65. ff. de furt. Ab ordinariâ tamen pœnâ Reus
nondum accusatus vel incarceratus pœnitens liberari, eaque
hòc casu mitigari potest, uti testatur cum Tiraquell. *de pœn. tem-
per. quest. 60.* Dn. Carpz. *p. 1. Prax. Crim. q. 49. n. 71. 76. & 77.*
Quam sententiam approbarunt Scabini Lipsienses, qui pœnam
gladii cuidam Lamix, quæ nondum incarcerata vel accusata,
recedendo à pactione cum Diabolo contractâ, pœnitentiam
egerat, hisce formalibus: Hat. E. G. in scharffer Frage beant
und ausgesaget/ ic. Sie hätte aber sieder den gehaltenen Tanz in
der Walbürges Nacht des 85. Jahres ihren Buhlen Strauß ge-
nand/ abgeschaffet/ denselben entsaget/ und sich zu Gott wieder be-
lehret; So bleibet sie mit der ordentlichen Straffe des Feuers
verschonet/ sie wird aber gleichwol/ von wegen ihrer Verbrechen/
mit dem Schwert von Leben zum Tod gestrafft. B. X. W. Notan-
ter autem dicitur, si nondum accusati sint: Nam si Magi & Ve-
nifici jam accusati pœnitentiam agant, tunc pœna nec mitigan-
da, multo minus remittenda erit. Aliàs enim quilibet Reus,
cujusvis delicti accusatus & incarceratus, hòc modò pœnam ad
minimum ordinariam effugere posset. Berlich. *p. 4. concl. 5. n. 75.*
Dn. Carpz. *cit. loc.* Quod de Deprecatione *Veneficorum* dictum
est, hoc etiam ad alios delinquentes accommodari potest.
Quamvis enim pœnitentia, secund. Arist. *3. Eth. 1. & 2.* excuset
in iis tantummodo delictis, quæ quis non tantum ignorans, sed
& per ignorantiam admisit, non admissurus prorsus, si actionis
circumstantias scivisset, *add. l. 65. de furt.* Hugo Grot. *de J. B. &
P. lib. 2. c. 20. n. 11. & 12.* Si tamen Reus, antequam accusatus
fuerit, pœnitentiam agat, pœna quodammodo mitigari solet.

D 2

Vid.



Vid. Dn. Carpz. *cit. loc.* Magn. Dn. Struv. *Exerc. 49. th. 89.* Hinc si Diffidatores, pœnitentiâ ducti, literas diffidatorias, vel signa inflammationis affixa revocent, antequam damnum ab ipsis datum fuerit, ipsis pœna mortis remittitur, ita ut fustigatione, vel relegatione perpetuâ tantum puniantur. *Constit. Elector. 16. p. 4. ibique Dn. Carpz. def. 1. Heig. p. 2. quest. 32. n. 42.* Similiter in furto, si fures, antequam deprehensi in carcerem conjiciantur vel accusentur, pœnitentiâ ducantur, & rem restituant vel illius nomine domino satisfaciant, non pœna ordinaria, sed mitior quædam, ut carceris, relegationis, vel fustigationis obtinet, per *Art. 160. Ord. Crim. Carol. V.* in verb. Und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstahl seyn mag/ und die Straff darnach an Leib oder Leben urtheilen etc. & *Const. Elect. 32. part. 4. S. fin.* in verb. Und nach dem den Rechten gemäß etc.

§. 4. Incendiarii porrò, in quos aliàs propter malitiam depopulatricem & detestandam, supplicium ignis constitutum. *c. pessimam. c. 23. quest. 8. Ord. Crim. Car. V. art. 125.* Die böshafftigen Brenner/ sollen mit dem Feuer vom Leben zum Tod gerichtet werden. *ibique Matth. Steph.* Si crimine nondum perfectò & consummatò, materiam igni concipiendo aptam, alicubi depositam auferant, antequam incendium exoriatur, aut incendiò jam exortò homines ad extingvendam flammam convocent, ut majus damnum avertatur, non pœnâ ignis, sed gladii plectuntur. *Coler. p. 1. decis. 186. n. 2. Dn. Carpz. in Prax. Crim. p. 1. q. 39. n. 5.* Dolum enim pœnitentia aliquo modo purgat. Idem etiam obtinet in Quæstoribus, Præfectis, Publicanis, Forestariis, Ædilibus & aliis Officialibus; Hi quidem, si subditis iniquè aliquid extorquent, vel etiam ab iis plus recipiunt, quàm in rationes fuit redactum, pecuniamque, sibi & suorum fidei concreditam in rationibus omittunt, intercipiunt ac subvertunt, extraordinariè pro arbitriò Judicis plectuntur. *Damhoud. in Prax. Crim. c. 113. n. 5. Virgil. Pingiz. quest. 47. n. 1. Joh. Köppen. observ. 139.* In Electoratu Saxonix verò, si id quod subtractum est, excedat summam 100. florenorum, laqueò puniuntur, per *Const. Elect. 41. p. 4.* Si tamen ejusmodi perfidi Administratores tempestivè pœnitentiam agant, atque spontè ad
re-

restitutionem rerum subtractarum & damni dati, antequam in
 carceres conjiciantur, se se offerant, à pœnâ Constitutionis ri-
 gorosâ liberantur, & arbitrariè saltem plectuntur. Non enim
 hîc de glande legenda, nec de oleo, vino aut tritico legatò agi-
 tur, sed de hominis vitâ; quapropter eò cautiùs quoque agen-
 dum. Atque ita responderunt Scabini Lipsienses. *Mens. Jan.*
Anno 1660. Vide Arum. Ex. 17. th. 8. Moller. ad Constit. Elect. 41.
p. 4. Dn. Carpz ad Eand. Const. def. 6. Dn. Struv. Exerc. 49. th. 90.
Dn. Philipp. in Usu Pract. ad Inst. lib. 4. Eccl. 96. Denique gene-
 raliter notandum est, quòd secundum tradita Interpretum, Pœ-
 nitentia post delictum & Deprecatio ante accusationem insti-
 tuta in plurimis delictis non atrocioribus mitiget pœnam. Ti-
 raquell. in tract. de pœn. temper. aut remitt. c. 28. n. 1. & seq. Ber-
 lich, p. 5. Concl. 44. n. 70. quamvis pœnitentia de J. Civ. in deli-
 ctis consummatis non tribuat impunitatem, propter l. 65. ff. de
 furt. Vid. Dn. Brunnem. ad l. un. C. de Conduct. & Procurat. sive
 Exactor. prad. Fiscalium & c. Ex communi Dd. regula tradita
 porro Albert in ult. part. tract. stat. quest. 96. pulchre decidit, si
 quis bannitum receptaverit duobus vel tribus diebus, & postea
 pœnitens eum prodiderit, præsenteritq; potestati, licet puni-
 endus sit ex forma statuti, hujusmodi receptionem prohibentis,
 pœnam tamen illi mitigandam esse, alleg. à Dan. Moll. ad Con-
 stit. Elector. 32. n. 18. p. 4. in primis autem hoc procedit in aliis de-
 lictis, ubi res in integrum statum post consummationem restitui
 potest. Bart. in l. qui ea mente 65. ff. de furt. n. 2. vers. praterea
 debes scire. Bald. in l. si quis. C. de Episc. & Cleric. n. 9. vers. melius
 tamen dici potest. & c. Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crim. q. 80. num. 70.

§. 5. III. Ad Deprecationem delinquentium pertinet
 Deprecatio injuriantium, quæ in specie considerata à recanta-
 tione quidem differt. Illâ enim impositâ, deprecanti existima-
 tio salva manet, & Jcti communiter statuunt, judicem mitiùs
 cum Reo injurianti agere, si recantationem in nudam depreca-
 tionem, eine Christliche Abbitte und Erklärung convertat. Dn.
 Carpz. Prax. Crim. p. 2. q. 94. n. 19. Actione verò injuriarum, qua
 reus simul ad recantationem, & pœnam arbitrariam convenitur,
 institutâ, plerumque fama recantantis læditur, secundum l. 1. l. 4.

§. *fn. ff. de his qui not. infam. l. lex Cornelia. §. si quis. 9. in fin. l. Divus. 40. l. judici. 42. ff. de injur. Matth. Berlich. p. 5. concl. 63. n. 1. & seqq. Dn. Struv. Exerc. 48. rh. 58. Dn. Carpz. p. 2. Prax. Crim. q. 94. n. 65.* Cùm tamen is, qui deprecatur, tacitè injuriam illatam revocet, ideoque voce Deprecationis hìc etiam recantationem & revocationem injuriarum intelligimus, quæ fit per palinodiam, *Ad d. illa quæ c. 1. §. 3. dicta sunt.* Palinodia verò J. Civ. incognita est. *Vultej. ad §. 7. Inst. de injur. n. 6.* Ufu autem obtinet, & in Ord. Camerae Imperialis *p. 2. tit. 28. vers. und sonderlich sehen etc. ut & in Const. Saxon. 42. p. 4. approbata est, in verbis: Sehen/wollen/und ordnen etc. dem beschwerten und injurirten Theil/nach Befindung der Unschuld / einen öffentlichen Wiederruff für Gerichte zu thun schuldig seyn soll etc.* Consuetudine siquidem & Imperatoria Constitutione recepta est de injuriis agendi formula, quâ agitur ad revocationem & recantationem verborum injuriosorum, sive ad amissæ vel læsæ famæ quasi restitutionem, daß der Beschmähere auff einen Wiederruff oder Abbitte klage. Quasi prudentioribus per sententiam declaratorio judicio satis quidem fiat; Imperitis verò per revocationem, quâ injurians palam se mendacium dixisse & in os suum mentitum esse asserit, omnis dubitatio eximatur. *Harppr. ad §. 10. Inst. de injur. Perez. ad C. de Injur. num. 21. ubi testatur, quòd pro nonnullorum locorum consuetudine in acerbioribus injuriis honestiori viro factis, plerumque fiat cum face ardente, manu comprehensâ Rei, nudis pedibus & indusio corpori advoluto &c.*

§. 6. Sed non incommodè hic quæritur, an actio recantatoria seu ad palinodiam, sit criminalis, an civilis? Quæ quæstio sanè magni momenti est. Citra ullius præjudicium statuimus, quòd quasi rei, scilicet famæ, persecutoria, & cum utrâque actione compatibilis sit, sive civiliter sive criminaliter injuriarum agatur, propterea quia ejusmodi recantatio injuriarum peculiari favore injuriati recepta est. Quæ autem peculiari favore inducta sunt, peculiariter consideranda & attendenda sunt, ubicunque favor ille, cujus causâ inducta, obtinet; cum igitur favor injuriati semper locum sibi vindicet, ut is famæ & honori restituatur.

tur, sive civiliter sive criminaliter agat, meritò etiam utrobique peculiaris illa actio ad palinodiam obtinere debet, uti eleganter docet Berlich. *p. 5. Concl. 62. num. 13.* alias pulchras rationes affert Berlich. *cit. loc. & Dn. Struv. Exerc. 48. th. 60.* ubi notanter dicit: Is qui injurias in aliquem profert, non tribuit ipsi, quod debebat, qui verò quod debet non tribuit, is damnum aliquod infert. Quod damnum uti contrariis honori verbis datur, ita illis revocatis, & honore debitò rursus exhibitò refarcitur. Ex quo nostro asserto jam fluit, quòd actio ad palinodiam, cum utraque actione injuriarum, civili & criminali, cumulari possit, quod in Illustri Scabinatu Jenensi receptum est, ad stipulante Gail. *lib. 1. Observ. 65. n. 2. ibique Grav. n. 11. & 12. Coth. vol. 1. Resp. 14. n. 20. Riem. quest. 10. Jctis Academicis Lipsiensibus, teste re judicata, anno 1631. in Octobr. in Protocoll. Schmuccii & apud Finckelthuf. Observ. 40.* Nec non Wittenbergensibus idem placuit. Rationes hujus sententiæ quamplurimas citati Dd. exhibent, ad quos Benev. Lectorem brevitatis gratia remittimus. Junge Perez. *ad C. cit. loc. Magn. Dn. Richter. de Reg. Jur. reg. 2. Magn. Dn. Struv. Ex. 48. th. 61. Magn. Dn. Strauch. Diss. 29. aph. 15.* Contrarium Domini Scabini Lipsiensis tenent, quos sequitur Dn. Carpz. *p. 4. Const. 42. def. 16. & in Prax. Crim. p. 2. q. 95. n. 31.* cujus rationes resolvit Magn. Dn. Richt. *cit. loc.* Sed hæc contraria sententia in Electoratu ab Electore Joh. Georg. I. gloriosissimæ memoriæ peculiari Rescripto, teste Dn. Carpz. confirmata est.

§. 7. Hisce ita perspectis necesse est, ut etiam videamus, quamnam personæ palinodiam canere teneantur? Et sciendum est, omnes indifferenter injuriantes, cujuscunque sexus & conditionis sint, ad palinodiam condemnandos esse, licet sint Nobiles, Comites & similes personæ illustres, uti testatur Reinh. Ros. *in addit. ad Dan. Moller. Const. Saxon. p. 4. Const. 42. n. 9.* Nobiles enim non minus ac plebei in pœnis indistinctè impositis, qualis absque dubio est recantatio, æqualiter sunt puniendi. Bl. *in l. nemo Clericus. 3. C. de summ. Trinit. n. 1. vers. quod est verum in pœnâ. n. 8. in prin. junct. vers. & hoc verum in pœnis & seq.* Quod etiam approbant verba manifesta *Const. Elector. 42. p. 4. vers.*
Se

Sehen/wollen/und ordnen &c. *ibi*: daß ein ieglicher / wer der auch
wäre/der andere Mann/oder Weibespersonen an Ehren schmähen
würde/einen öffentlichen Wiederruff vor Gerichte zu thun schuldig
seyen soll. Add. Berlich *p. 5. concl. 62. n. 29. & 30.* Dn. Carpz. *p. 2.*
Prax. Crim. q. 96 n. 13. Contrarium quidem defendit Andr. Ti-
raquell. *in tract. de pæn. temper. caus. 31. & in tract. de Nobilit.*
c. 20. n. 108. & seq. Capoll. *Conf. crim. 39. n. 20.* Petr. à Plac. *in*
Epitom. delict. c. 1. num. 23. & seq. Sed rejectâ eorum sententiâ no-
strum assertum in praxi receptum est. Quamvis iudex in inju-
riis levioribus, si forsitan Nobilis humiliorem conviciis
laceffat, ratione Nobilitatis palinodiam in deprecationem
commutare possit, secundum Dn Carpz. *cit. loc.* Inde pariter in-
ferendum, quod & Doctores ad palinodiam canendam adigen-
di sint, per *d. Constit. 42. vers.* Daß ein ieglicher wer der auch wä-
re. Verborum enim illorum, wer der auch wäre, hæc vis &
efficacia est, ut neminem prorsus, etiam privilegiatum, exce-
ptum velint. *c. solita. vers. quodcunque ligaveris. de major. & obe-*
dient. ibique Abbas l. fin. junct. gloss. in verb. per quamcunque C.
qui legitim. person. &c. Jung. Moller. *ad d. Constit. 42. n. 10.* Non
obstat, quod contrarium asserat Petr. à Plac. Nam rejectâ ejus
opinionem, Senatus Appell. Elect. Saxon. *M. Jan. An. 1617.* con-
tra quendam J. U. D. ita pronunciavit; Daß Er Klägern einen
öffentlichen Wiederruff/ doch unbeschadet seinen Ehren/ zu thun/
und so. *Nth. Straff zu erlegen schuldig* Dn. Berlich. *d. l. n. 19.*

§. 8. Quin etiam contra Universitatem, Communio-
nem, & integrum Senatum actionem recantatoriam institui
posse, receptum est; quod Universitas injuriarum perinde, ut
alius privatus, conveniri possit, prout testatur Joh. Harppr. *in*
§. non solum. 11. Inst. de injur. n. 561. tum quia & contra Universti-
tatem famosa actio competit, Bart. *in l. aut facta. 10. §. ult. ff. de*
pæn. n. 7. post. pr. Bl. in l. quoniam. 5. §. si quis. 1. ff. de his qui not.
infam. n. 3. vers. in contrarium. Vid. Berlich. *cit. concl. n. 20.* Dn.
Carpz. *in Prax. Crim. p. 2 q. 96. n. 16. & 17.* Nec etiam Clerici à
recantatione immunes sunt, quia verba *Constit. Elector. 42. p. 4.*
daß ein ieglicher wer der auch sey/ sunt generalia, & omnibus in-
differenter injuriantibus palinodiam imponunt. Prout etiam

re-

responsum fuit, à Scabinis Lipsiensibus, *M. April. An. 1630.* Contrarium quidem Prosper. Farin. *part. 3. Prax. crim. quest. 105. n. 75.* quem sequitur Dn. Berlich. *loc. suprà cit. n. 22.* statuit, sed absque prægnanti ratione, uti eleganter docet Dn. Carpz. *p. 2. Prax. Crim. cit. quest. 96. n. 19.* Sed quod prædictæ personæ ad reclamationem obstrictæ sint, tum demum procedit, si injurias alteri inferant, non si maledicant alicui. Nam actio ad palinodiam locum non habet contra eos, qui maledicunt alicui, aut omnia mala imprecantur, cum propriè injurias non committant; si quidem omnis injuria ad læsionem ac diminutionem famæ ac existimationis tendit. Joh. Harppr. *ad. pr. Inst. de Injur. n. 4.* quod de maledictione asseri nequit. Attamen ejusmodi maledicentes, Deprecatione in specie sic dicta, aut aliâ pœnâ arbitraria, onerari possunt, teste Dn. Carpz. *p. 2. Prax. Crim. q. 97. n. 80.*

§. 9. Hactenus consideratæ sunt personæ, quibus palinodia imponi potest, nunc etiam dicturi sumus, in quibus injuriis obtineat. Quod autem hæc Recantatio non in omnibus injuriis, sed solummodò in verbalibus locum habeat, statuunt Berlich. *p. 5. Concl. 62. n. 16.* Schrad. *de feud. part. 9. c. 4. n. 127.* Mynsing. *cent. 2. observ. 98. n. 1.* & *ad §. in summa. Inst. de Injur. n. 6.* Wurmbf. *lib. 1. tit. 40. Obs. 8. n. 1.* Et secundum hanc sententiam, *7 Cri Curialis Judicii Wittenberg. An. 1617.* responderunt. Dennoch aber und die weil aus den Beylagen *sub A.* klar zu befinden / daß dieselbe auff personal injurien nicht gericht / sondern allein dahin gehet / als ob Beklagte auff eines Fiedlers ungegründtes Eingeben zur Ungebühr Klägern mit Hülffe der Häscher seinen Degen abgürten / und wider vorgeschlagene Caution in gefängliche Hafft nehmen lassen / und also pro injuria reali zu achten; Also mögen auch Beklagte einen Wiederruff Klägern zu thun nicht angehalten werden / *B. N. W.* Nisi reales injuriæ tales actus in se contineant, qui per se sunt ignominiosi, & alicujus famam lædunt, tunc enim injuriantes ad palinodiam rectè adstringuntur. Dn. Berlich. *d. l.* Huc etiam referri potest, quando quis gloriatur, se vel alium, quempiam virginem aut mulierem honestam cognovisse, it. si foemina dicat, maritum vel juvenem ipsam imprægnasse. Eberh.

E

Speckhan.

Speckhan. cent. 2. Class. 3. q. 9. Etenim inter injuriantes non solum referendus est, qui aliquem appellat nebulonem, furem, spurium, falsarium, scortatorem, &c. Sed & is qui falsum aut scelus alicui imputat, nec probare hoc potest. *litem apud 15. S. si quis libello. ff. de Injur. Aegid. Boss. tit. de injur. num. 4.* Ac licet ejusmodi gloriator plerumque non tam dolo malo & ex proposito mulierum & virginum famam atque existimationem laedendi, quam ex inani quadam jactantia peccet, & ab aliis haberi velit, quem ultrò mulieres & virgines appetant. Attamen gravissima hæc est diffamatio, ac vix fieri potest, ut ejusmodi temerarius jactator in dolo non versetur, hinc etiam ejusmodi stolidi homines extra ordinem, pro arbitrio judicis puniuntur, *Dd. per text. in cap. quàm sit grave. 9. extr. de Eccles. prelator. Jacob. Menoch. de Arbitrar. Jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 33. num. 2.* ita ut cum recantatione, relegatione, imò fustigatione, pro circumstantiarum ratione puniri possint. *Const. Elect. 45. p. 4. in verb.* Diweil denn solches eine gang beschwehrliche diffamation ist / dadurch Frauen und Jungfrauen an Ehren bößlich verleset werden / so ordnen und sehen wir / daß ein solcher Verbrecher oder Verläumbder / neben den Wiederruff / so er den Part thun soll / mit willkührlichen Straffen / als Gefängnis / zeitlicher oder ewiger Landesverweisung / sampt Staupen. Schlägen / nach Gelegenheit der Umstände / belegen und gestraffet werden soll. *Vid. Moller. ad d. Constit. 45. num. 2. nec non Dn. Carpzov. def. 2. Georg. Schulz. in Syn. Instit. de Injur. lit. B. Berlich. p. 5. Concl. 68. num. 7. 8. & seq. Dn. Philipp. in Usu Pract. ad Inst. lib. 4. Ecl. 28. n. 7. & 8.*

S. 10. Denique huc addendum, quòd omnibus injuriantibus, de injuriis convictis sive confessis, ita palinodia imponenda sit, ut Deprecationem & Recantationem in Judicio vel alio loco publico instituant; quapropter Hamburgi plerumque fieri solet Reclamatio in lignò ignominioso, auff den ehrlosen Block. *Dn. Hahn. ad Wesemb. tit. de injur. Add. & Perez. ad Cod. de injur.* In quibusdam locis pro forma recantationis observatur, ut Reus in loco Judicii injuriam revocet, idque manu propria, percussò ore mendaci suo, testatum faciat. Quod si recuset, tunc carnificis executioni id mandatur, veluti ita Scabinos
Lipfien-

Lipſienſes ad conſultationem exteræ cujusdam civitatis reſpon-
diſſe teſtatur Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. c. 23.* Berlich. *p. 5. Conſ.*
62. n. 34. Revocatio verò regulariter in propriâ perſonâ fieri de-
bet, procurator enim non admittitur, Joh. Harppr. *ad §. 12. Inſt.*
de Injur. n. 74. verſ. cujus rei ratio plus quàm perſpicua eſt. & ſeq.
Berlich. *d. l. n. 34.* Sed ſi Reus palinodiam canere recuſet; di-
ſtingvendum eſt, an præſens, an verò abſens ſit: Priori caſu is
pro qualitate perſonæ, vel carcere, vel pœnâ pecuniariâ, aliisve
modis cogendus eſt, donec ſententiæ pareat, & injuriam revo-
cet. Dan. Moller. *lib. 1. ſemeſtr. 23. n. 1.* ubi ita in judicio Curia-
li Lipſ. obſervatum fuiſſe teſtatur. Matth. Berlich. *d. l. num. 36.*
Carpz. *loc. cit. n. 21.* Renuente verò & tunc Reo palinodia m-
canere, ulterius in carcere detinetur, ac pane & aquâ, per men-
ſtruum fortè ſpatium cibatur, additâ comminatione ſeverioris
pœnæ; nonnunquam etiam, ſi de ſupinâ Rei pertinaciâ conſtet,
Relegationis. Et ſi nec tum parere velit, liberum eſt judici,
Relegationem ipſi imponere, additâ comminatione, quòd nem-
pe in caſu ulterioris contumaciæ Liſtor aut Carnifex nomine
Rei injurias recantare debeat. Quod poſtmodum, perſeverante
Reo in contumacia, Liſtor eò præſente & audiente, ita exequi-
tur. Quemadmodum ſic practicari docet Dn. Carpz. *in Prax.*
Crim. d. q. n. 23. & ſeq. Berlich. *d. l. n. 37.* Dn. Philipp. *in Uſu Pract.*
ad Inſt. lib. 4. Ecl. 23. n. 4. & ſeq. Quare Scabini Lipſienſes. M^o
Mart. 1615. Conſulibus & Senatui in Heſſted ita reſponderunt:
So wird nunmehr/weil an den Gefangenen keine Folge und Beſe-
ſerung zu hoffen/etc. unſer euch ertheilter Rechtspruch/ an ihme ge-
bürender maſſen billich vollſtrecket / nemlich auff die Waſſe/daß
dem Büttel des Orts auſſerleget werde / iedoch daß er dabey und
mit zur Stelle ſey/wie auch in Gegenwart des injuriati, ſo er durch
ſein giftiges und böſes Maul injuriret und Ehrenverleſlich an-
gelaffen/den Wiederruff öffentlichen und Gerichtlichen zu leiſten/
und/wenn ſolches alſo effectuiret/wird auch die Landesverweiſung
an ihme billich vollſtrecket. B. N. W. Poſteriori caſu, quando
Reus abſens eſt, abſque dubio ſub pœna pecuniaria citari debet;
ut in judicio compareat & palinodiam cantet. Dn. Moller. *ad*
Conſt. Elect. 42. n. 38. p. 4. Si verò is copiam ſui in judicio facere

nolit, sed contumaciter emanere pergat, tunc iudex sententiam, in qua Reo Recantatio injuncta est, publicè in Rei ignominiam & aliorum terrorem affigit. Berlich. p. 5. Concl. 62. n. 40. & 41. Dn. Carpz. d. l. n. 27. Sententia verò affigi debet, non solum in loco iudicii, sed etiam in loco injuriæ commissæ, & ubi Reus degit, ut eò meliùs omnibus innotescere possit. Fab. à Monteleone in prax. arbitr. part. 4. qv. n. 77. Farin. in Pract. Crim. p. 3. q. 105. num. 71.

§. II. Effectus recantationis in actione injuriarum est, quòd injurians regulariter fiat infamis l. 1. ff. de his qui not. infam. l. Lex Cornelia 6. §. si quis. 9. ff. de Injur. l. injuriarum. 10. l. 18. C. ex quib. caus. infam. irrogat. Jul. Clar. l. 5. sent. §. injuria. n. 8. Prosper. Farin. part. 3. oper. crim. q. 105. n. 61. & Schneidevv. in §. in summa. 10. n. 11. Inst. de Injur. Gail. lib. 1. Observat. 102. n. 1. B. Hahn. ad Wesenb. ff. de Injur. n. 18. Dn. Struv. Exerc. 47. th. 59. Quæ infamia non tam à palinodia, sed potius à pœnâ dependet, teste Berlich. p. 5. concl. 63. n. 6. Prædicta tamen limitationem admittunt, ita ut injuriarum condemnati non semper infames fiant. (1) In injuria levi ac modica, siquidem Prætor actiones famosas ob rem parvam non dat. l. 4. ff. de in integ. rest. l. si quis. 9. §. ult. & l. seq. ff. de dolo malo. Et si pœnæ debent commensurari delictis juxta l. miles. 11. §. mulier. 12. in fin. ff. ad L. Jul. de adulter. l. Pedius. 4. ff. de incend. ruin. naufrag. Certè pro levi injuria Reus infamiæ pœnâ haud erit afficiendus, quia hæc gravissima est, & mortis supplicio æquiparatur. arg. l. isti quidem. 8. §. pen. ff. quod met. caus. l. justa. 9. ff. de manumiss. vindict. Hinc in c. cum te. 23. de sentent. & re judicat. verbis expressis dicitur, quòd ex injuria levi vel minima, infamia non sequatur. Facit & hùc l. si oleum. §. ult. l. seq. de dol. mal. quòd actio doli pro modico non competat, nullam aliam ob causam, quàm quia actio de dolo sit famosa, & injuriam irrogat. l. 1. §. ait Prætor. 4. ff. eod. Quæ sententia quoquè placet communiter Dd. testante Dn. Carpz. in Prax. Crim. p. 2. q. 97. n. 73. 74. & 75. & Berlich. p. 5. Concl. 63. n. 13. & seq. (2) Si iudex ex justa causa motus expressè in sententia Reo existimationem honoris reservaverit, prout rectè docet Andr. Gail. l. 1. Observ. 65. num. 5. Dan. Moller. ad Const. Elect. 42. p. 4. n. 17. Joh. Harppr. ad §. 10. Inst.

Inst. de Injur. n. 117. Weseimb. in Parat. ff. de injur. n. 18. Add. Berlich. cit. loc. n. 33. 34. & seq. quem sequitur Dn. Carpzov. in Prax. Crim. p. 2. q. 94. num. 78. & seq. Quod etiam in praxi observatur: Veluti ita An. 1598. Scabini Lipsienses responderunt: Derowegen ist N. N. ihme der Articulirten wörtlichen injurien halber / einen Wiederruff vor Gerichte / jedoch beyden Theilen an ihren Ehren unschädlich / zu thun / und die auffgewendete expensen uff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig.

§. 12. Cessat (3) infamia, si iudex certis ex causis injurianti non palinodiam, sed declarationem seu deprecationem, in specie sic dictam eine Christliche Abbitte und Erklärung / imponat, tunc enim Reus ad ejusmodi Deprecationem injuriarum condemnatus, infamiae maculam non notatur. Carpz. cit. q. 94. num. 76. & 77. Hinc Scabini Lipsienses, ad requisitionem Augusti Grüners in Oderan. M. Octobr. An. 1602. hunc in modum pronunciarunt. Ob nun wol F. V. solche Abbitte vor Gerichte geleistet / etc. So sey doch ihr oder jemand anders ihme dasselbe zu seiner Verkleinerung und Schmach vorzuwerffen nicht befugt / und er mag auch derowegen als eine anrührige Person aus den Tuchmacher Handwerck nicht gestossen / noch von Vormundschafften / oder andern ehrlichen Zusammenfunfften / ausgeschlossen werden B. R. W. Si tamen iudex exasperat Deprecationem, additam clausulam, eine Ehren Erklärung / daß er an denen ausgegossenen injurien allenthalben zuviel und unrecht gehandelt. Illa vix ac ne vix quicquam a vera recantatione differt, per tradita Carpzov. cit. q. 94. n. 19. Denique optimum effugiendi Recantationem remedium est, spontanea coram iudice, de fama & existimatione injurianti contestatio, & declaratio; Man wisse von Klägern nichts als alles Liebes und Gutes. Ord. Judiciii Curial. Lips. Elect. Maurit. de Anno 1549. tit. Von Schmähe. Sachen. S. würde sich aber auch. Item die Wittenberg. Hofgerichts. Ordnung. Anno 1550. tit. Von Schmähe. Sachen. S. würde sich aber. Dan. Moller. ad Const. Elector. 42. p. 4. numer. 32.

Joach. à Beust. *ad l. nam posteaquam. 9. §. si damnetur. ff. de jurejur. num. 17.* Berlich. *p. 5. Concl. 60. num. 14. & 15.* Et hæc declaratio non solum in judiciis superioribus, sed & inferioribus locum habet. Tamen tum demum hæc observantia obtinet, si hæc tria conjunctim concurrant. (1) Ut injuriæ, quarum nomine Reus convenitur, sint leviusculæ, non valde atroces, juxta *Ord. Process. Elect. Saxon. tit. 1. §. besondern aber. in verb. zumahl/ wann sich befindet/ daß die Sachen von keiner sonderlichen Wichtigkeit seyn/ etc.* (2) Ut Reus declarationem faciat ante litis contestationem, postea enim non auditur, *Const. Elector. 42. p. 4. ibique. Dan. Moller. num. 32. Berlich. d. Concl. 60. num. 16.* (3) Ut Reus hanc Declarationem faciat coram Judice & Adessoribus sive in judicio, præsentem Actorem, *d. Ord. Cur. de Anno 1549. in verb. Daß er vor den Hof. Richter und Beisitzern öffentlich sagen wolt/ etc. Dn. Carpzov. in Prax. Crim. p. 2. q. 97. num. 12. & seq.* Adde die Fürstl. Sächs. Hof. Gerichts. Ordnung zu Jena. c. 35. ubi disponitur, daß die declaratio nur in injuriis verbalibus, levioribus, und nur in solchen Fällen statt haben solle/ da die Wort so Kläger vor injuriis anziehen thut / etlicher massen zweiffelhaffig/dunckel / ambigua, æquivoca & zweyfaches Verstandes. In gegen Theil aber / wann die geschæhene Schmähung gar zu grob und abscheulich/ die Wort auch per se injuriosa sind/ so soll Kläger eine bloße Erklärung wider seinen Willen / von Beklagten an zunehmen unverbunden seyn/ etc. Plura remedia effugiendi palinodiam ac infamiam, quæ aliàs injuriarum condemnatos sequi solet, vide apud Berlich. *p. 5. Concl. 60. num. 13. & seq.* Dn. Carpzov. *quest. 94. num. 73. seq.* & Magnif. Dn. Richter. *in Tract. de R. J. Reg. 2. num. 60. & seq.*

§. 13. Propositâ Deprecatione delinquentium, sistit se Deprecatio conjugum, quæ alias vocatur condonatio, reconciliatio seu remissio; & est remedium saluberrimum, mitigandi pœnam adulterii. Matth. Berlich. *p. 4. Concl. 27. num. 92. & seq.* Dn. Carpzov. *p. 2. Prax. Crim. quest. 55. per tot.*

tot. Quando enim maritus pro uxore adulterâ, vel uxor pro marito adulterô intercedens delictum illi condonat, & se deinceps quoque illi cohabitaturum promittit, tunc in honorem reconciliati quasi matrimonii, pœna adulterii ordinaria & supplicium mortis Reo remittendum est. Dan. Moller. *ad Const. Elect. 19. p. 4. num. 19.* Matth. Berlich. *jam alleg. loc. num. 92. & seq.* Bœer. *decis. 297. num. 1. & 2.* Petr. Heig. *l. 2. quest. 29. in fin.* atque hanc remissionem per varios Juris textus confirmat Dn. Carpzov. *cit. loc.* Neque distingvendum erit inter adulterium simplex & duplicatum, nam intercessio conjugum etiam in duplicato adulterio pœnam ordinariam excludit, *vig. Nov. 134. c. 10.* Dn. Carpzov. *p. 4. Const. 19. def. 12.* Magnif. Dn. Struv. *Syntag. J. C. Exerc. 49. th. 33. num. 1.* Magnif. Dn. Strauch *Disp. 29. aph. 5.* Aliud obtinet in Electoratu Saxonico, ubi remissio conjugum, sive sit expressa sive tacita, solummodò ad simplex, non ad duplicatum adulterium extendenda est, per expressam dispositionem *Const. Elect. 19. p. 4.* quia hoc adulterium simplici longè gravius est, dum duplicem thorum violat, duplexque delictum continet. Dan. Moller. *ad dict. Constit. Elect. 19. p. 4. num. 5.* Joach. à Beust. *de jur. connub. part. 2.* Matth. Berlich. *d. l. num. 100.* Dn. Carpzov. *loc. jam alleg. def. 12. & in Prax. Crim. p. 2. q. 59. num. 109.* Si tamen Magistratus qui jura Superioritatis habet, in favorem partis innocentis ejusque liberorum, aliâve ex causa probabili Reo gratiam facere, ac pœnam mortis condonare velit, quin hoc facere, mitiusque supplicium, etiam in Electoratu Saxon. licet intercessio hœc in casu non obtineat, surrogare possit, dubitandum non est, prout testatur Dn. Carpzov. *in Prax. Crim. q. 61. num. 65.* Junge Magnif. Dn. Richter. *Decis. 88.*

§. 14. Ultimo loco quædam adhuc dicenda sunt, de privata subditorum Deprecatione, quâ contra injurias à Principe absolutò illatas, subditi sibi consulere possunt. Quamvis enim nulla possit esse justa causa, Magistratui injusto ac impio resistendi, juxta Castald. *de Imper. quest. 82.*

Cor.

Corset. *de potest. Reg. quest. 3.* Joh. Gerh. *Locor. Theolog. rom. 6.*
c. 27. num. 119. & num. 484. Nec tamen prorsus tacendum
est subditis, si Princeps vel Rex limites rectæ rationis exces-
serit, sed possunt ipsum rogare, suppliciter obsecrare per
Deum, ut sui officii memor omnia ad metam Justitiæ institu-
ere, & Iniquitatem in Æquitatem, Sævitiā in Clementiam
convertere velit; quò mediò Esther & Mardocheus, à cervi-
cibus Judæorum periculum averterunt, *Esther. 3.* Henn. Ar-
nil. *in tract. de autor. Princip. in popul. c. 2. p. 45.* Et si nec De-
precatio aut preces supplices aliquid obtinere possunt, de-
mum flebile emigrationis remedium ipsis concessum est;
Sed ne hanc materiam tractando limites nostræ excedamus
observantiæ, ideoque non sine ratione hâc vice pedem figi-
mus. Interim consulatur de hâc materia Dn. Carpzov. *ad*
L. Reg. Germ. c. 14. sect. 2. Burgold. *in Not. Rer. Imper. p. 2.*
disc. 15. §. 5. & seq. Et si quædam minùs accurata à nobis per-
tractata fuerint, B. L. perquam officiosissimè rogitamus, ut
conatum nostrum æqui bonique consulere, defectum verò
pro suâ integritate supplere velit.

Gloria sit CHRISTO, qui Sanguini-
ne suo omnes, seriò deprecantes & ve-
niam petentes, redemit.



Jena, Diss., 1670 H-Sch


ULB Halle 3
004 853 261




f
Sb1

WMA







DIVINO NUMINE DIRIGENTE

Magnifico ac Nobilissimo Jcto-
rum Ordine in florentissima Salana

consentiente,

SUB PRÆSIDIO

VIRI NOBILIS,

DN. HEINRICI *Linckens*/

U. J. D. Præceptoris sui hono-
ratisimi,

DEPRECAATIONES

In Auditorio Jctorum

Publico Eruditorum Examine sistit

AUTOR

CHRISTIANUS Bürger/ Dresd.

Mens. Julii

M. DC. LXX.

JENÆ,
Literis WERTHERIANIS.



44.

1670, 23